Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Freheri

Jus
Græco Rom

XX.H.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 18
Plúteo 8

5916

Universidad de Deusto
Biblioteca

IVRIS GRAECO-ROMANI TAM CANONICI QVAM CIVILIS

Tomi duo.

~~IOHANNIS LEVNCLAVII AMELBVRNI, V. CL.~~

STVDIO EX VARIIS EVROPÆ ASIÆQVE BIBLIOTHECIS eruti, Latineque redditi: nunc primum editi curâ

MARQVARDI FREHERI I.C. CVM EIVSDEM AVCTARIO,

Chronologia iuris ab excessu Iustiniani ad amissam Constantinopolin, & Præfatione.

AD IMP. CAES. RVDOLPHVM II. P. F. PP. A.

Opus non solum Iuris vtriusque consultis, sed omnino diuinarum humanarumq; rerum studiosis; & tam Ecclesiasticæ quam Politicæ antiquitatis amatoribus, ob multiplicem vtilitatem summe expetendum.



M D XCVI.

Cum gratia & priuilegio S. Cæs. Maiest. ad decennium.

FRANCOFVRTI,

Impensis heredum Petri Fischeri.

B. C

Universidad de Deusto
Biblioteca

SACRATISSIMO PRINCIPI

DN. RVDOLPHO II AVSTRIO,

A DEO CORONATO IMPERATORI ROMANORVM, ET PERPETVO AVG. GERMANIÆ, Pannoniæ, Boiemiæ, Illyrici Regi, pio, felici, victori, inclyto, B. RP. N.

Vita, Salus, & victoria.

VARII Gemini antiqui rhetoris ad Cæsarem scitè dictum legitur: *Qui apud te audent dicere, Cæsar, magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem.* Mihi verò ad Sacras M. T. aures, Imperator clementissime, viam affectanti, & præclarissimum opus, quo non aliud sanctius augustiusque sub felicibus Imperii tui temporibus in lucem primùm editum vidimus, muneris loco afferenti, cum & plures aliæ in vtramque partem rationes animo obuersatæ sunt, tum benè singulis subductis eæ tandem viceruntquæ vt adeundæ incomparabilis tuæ magnitudinis necessitatem quandam imponere, ita vnicæ humanitatis experiundæ certam spem facere videbantur. Si enim neque creditum fidei curæq; meæ ab auctore dignissimum luce & immortalitate opus supprimere, publicoque inuidere: neque illud sine conuenienti seque digno patrono exponere potius quàm edere: neque adeò editurus cuiquam potius mortalium præ M. T. offerre & commendare debui: ei porro oblaturus, si id absq; idonea honoris præfatione velutiq; purpuræ tuæ adoratione facere, citra moris & decori violationem nequiui: & præfando deniq; aliud quàm quod est huius argumenti proprium, de iure nimirum isthoc Imperii orientalis, alienam à professionis meæ ratione rem facere, velutique á meipso abire videri potuissem: non temerè credidi, rite me & ordine facturum, si impetrata apud M. T. breuissimè dicendi venia, quædam & de illa re auribus tuis non omnino indigna, neque (vt spero) ingrata futura, & verborum eo compendio detexam, ne aut bonitate tua abuti, aut in publica commoda peccare dicar,

Dum tu armis patriam tutaris, legibus ornas;
Si sermone morer tua tanta negocia longo.

Ne ergo Iuris nostri Romani, quo præcipuo non tantum ornamento tuum illud Imperium cęteras omnes sub sole gentes longè superauit, sed & tanquam sceptro fascibusq; compescuit & in officio continuit, ab vrbis incunabulis originem repetam: quod quidem à tam paruis principio fontibus ortum, in tam immensam postea molem excreuisse, miracula omnia superat: magnam profecto rem & maiestate sua cum primis dignam, & nescio an non quibusuis laureis triumphisq; potiorem, illi principes aut præstiterunt aut voluerunt, quicunque de Iure infinitè tum diffuso pariter & confuso in modum atque adeò ordinem artemque redigendo laborarunt. Quod cum & stante Repub. nonnulli principes viri, vt Crassus, Tullius, Pompeius, & ex imperatoribus primus Iulius, aliiq; post eum quidam cogitassent magis quàm tentassent aut effecissent: nisi quod Theodosius Imp. cum duos ante se codices à priuatis hominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

confectos videret, Gregorianum & Hermogenianum, qui principum constitutiones ab Hadriano vsque ad Constantinum magnum complecterentur, ipse tertium de suo nomine dictum adiecit, quo illos continuans sequentium principum* à diuo Constantino ad se vsque rescripta conclusit: ex posterioribus demum Iustinianus, quasi vnus ad tantum opus à diuina prouidentia & quidem in tempora non optima reseruatus, ita feliciter est aggressus, vt ope consilioque Triboniani sui, & quos ille præterea socios laboris asciuerat, non tantum priorum principum plerasque constitutiones ex archiuis & chartophylaciis depromptas in nouum Codicem referret; sed & ex immensa illa scriptorum à Iurisconsultis commentariorum sylua Pandectas concinnaret, atque ita proprium illud & sanctissimum (quod ipse vocat*) Iusticiæ Romanæ templum, nihilo altera illa toto orbe famosissima à se condita Sophiæ æde inferius, erigeret & absolueret. vt iam de propriis illius legibus, non modo quibus Codicem suum sparsit satis multas, sed & quas postea pro temporum suorum genio, & (vt ipse loqui gaudet) secta promulgauit plurimas, omnes iuris sententia refertissimas, nihil dicam. Et tum quidem Romana iuris ciuilis disciplina (cuius semina primo à Græcis* precario petita populus ille solertissimus per aliquot secula ita excoluerat, vt institutis & legibus Græcos longe non minus quàm imperio superaret, nec iam à Græcis ipse leges, sed ab illo potius Græci petere possent) ad summum illud suum & fatale fastigium peruenisse videtur: cum sub eo principe & iuris libri iam certi, iique perfecti essent, quos deinceps tota posteritas in hanc usque diem ceu Ideam quandam retinuit, & iuris etiam publica professio (sine qua nec constare ius posse, nisi sint Iurisperiti, per quos quotidie in melius producatur*, Pomponius ait) in celeberrimis Græciæ Asiæque scholis floreret. A quo fastigio (vt omnes res humanæ solent, postquam ad cacumen suum peruenerunt) paulatim deinceps cum ipso Imperio, & Romani nominis linguæque honore declinauit.

* *Isidor. v. Etymolog. c. 1. in fin.*

* *l. 2. § ne autem, C. de vet. iur. enucl.*

* *l. 1, § 1, D. de orig. iuris.*

* *d. l. 2, § post orig.*

Ex quo enim sic in fatis fuit, vt Constantinus Magnus Imp. suo quodam consilio a plerisque laudato, ab aliis & improbato, diuinitus certè immisso, Romæ veteri velut æmulam excitaret, instaurato & aucto Byzantio, quam deinceps Constantinopolin ab eius nomine dici obtinuit: eæ consecutæ sunt rerum vices, quibus imminuto paulatim per continuas Germanicarum gentium incursiones ad occidentem Romanorum imperio, ipsaque vrbe aliquoties capta & vastata, paulatim neglectæ antiquæ parietinis & ruderibus, nouam sibi Romam illam Romani principes colendam putarunt. Vtpote quam & melioribus auguriis conditam putarent,* & longius viderent remotam ab earum gentium perpetua quasi exundatione, quæ semel atque iterum inescatæ diuitiis ornatarum ex orbis vniuersi spoliis regionum, nullum Gallias, Hispaniam, Italiam incursandi & vexandi finem faciebant. Et cum nihilominus Romanos se dici principes vellent, quibus adhuc maxima prouinciarum Romanarum pars in Asia præsertim & Europæ parte parebat: ideo non hoc tantum conueniens iudicabant, vt apud Romani nominis gentes exæquissimis & receptis, velutique per manus traditis populi Romani legib. ius diceretur: sed verò etiam interea linguæ veteris & Latinæ (quam Romani rerum domini gensque togata per omnes prouincias ipsamque Græciam & Asiam in iure dicendo solennem esse voluerant) *honorem vtcunque tueri conabantur: qua & ipsi in suis rescriptis, decretis, edictis, sermonibus denique, & qui in ipsorum aula & comitatu tunc agebant, vt plurimum vtebantur, cum tamen vulgaris sermo Constantinopoli Græcus esset. Nam & veteres ferè constitutiones Latine scriptas fuisse videmus, cum absurdũ adhuc videretur, alia lingua leges conscribi, quam eorum a quibus originẽ suã, nomen, auctoritatemq; cepissent. Atque eum honorẽ dominæ & æternæ vrbi Romæ ipsi principes semper tribuerunt, vt linguam eius populi venerarentur, à quo fundatum partumq; imperium accepissent. Vnde & Byzantium Nouam Romam vocari instituerunt: & Iustinianus ipse, Dalmata licèt origine, Romanam linguam in Nouellis suis πατρώαν φωνὴν vocat.

* *l. 2 § sed etsi. C. de vet. iure enucl.*

* *l. decreta 46, de rei iudic.*

vocat. Cuius etiam illic professores non obscuri, interquos Priscianus Cæsariensis clarus etiamnum, extitere. Paullatim tamen siue principum facilitate, qui vtramque linguam æquo iure in promiscuo vsu esse facile concederent, *eadem ratione qua vtriusq; vrbis dignitatem & priuilegia æqualia fecissent: *siue quod Græci linguæ suæ retinendæ excolendæque studiosissimi, Latinorum gloriam semper obscurare aut eis saltem se adæquare conniterentur: in Thracia Asiaque extitere mox nonnulli, qui quò suis hominibus laborem adimerent addiscendæ linguæ Latinæ, ob Romanarum artium legumque præsertim cognitionem vnicè necessariæ, ius ciuile aut Græcis verbis viua voce docendo explicarent, aut vertendo in suam linguam traducerent. quod etiam Iustinianus in Græcorum gratiam non vetuit: imò ipse tandem Constitutiones nouas, quas post editum repetitumque codicem exigente rerum vsu promulgauit, Græcè tantum edidit, quo nimirum vulgo commodius perciperentur, cum Græcus sermo latissimè in Asia pateret, & Romanus tot calamitatibus continuo vexata Italia, iam pridem quoque translato seu amisso propemodum Imperio paulatim degeneraret concideretque. Et hinc est, quod non modo totum Iustiniani codicem illa tempestate Græcè conuersum quidam* testantur, quem & ipsi vidimus, eiusque interpretem κωδικέστην dictum legimus: sed & vetustissimas in ius totum interpretationes Græcorum esse comperimus, quibus omnes eius partes multifariam illustrarunt. Tam feruens enim fuit eruditæ studiosissimæque nationis in explicando omni iure Romano studium, complures vt etiam vias atque rationes eius tractandi quasique suæ in linguæ latifundia deriuandi excogitaret. dum alii latam & amplam iuris quasi comprehensionem instituerent, quam τὸ πλάτος τῶν νόμων vocarunt; alii breues quasdam velut periochas ad titulos & capita Codicis Pandectarumve adiicerent: alii μεταφρασικῶς aut παραφρασικῶς docentes eam rationem, quam Iustinianus κατὰ πόδας vocauit, quasi auctorum vestigiis insistentem consectarentur: alii etiam Paratitlorum illam methodum (quorum & ipsorum specimen à nostro auctore editum extat)* adhibe-rent: alii denique Iustinianæ legis obliti, non iam glossulas aut scholia, sed plenissimos commentarios conscriberent, quos propterea fieri luculentiores oportebat, quod multa in iure Romano Græcis tum moribus tum disciplinis ignota, obiter per quasdã digressiones ac περιηγήσεις declaranda veniebant; & παραπομπὰς adderent, quæsunt locorum similium indicationes (vulgo remissiones & concordantiæ) easque alias ἔξωθεν, alias ἔσωθεν κειμένας, id est, alias interlineares, alias marginales; & παραγραφὰς siue παραφράσεις legum intellectu difficilium non paucas, quas ita illi interpretabantur, vt casum (quomodo nostri loquuntur) figuratum præmitterent, deinde sensum ipsum legis & rationem exponerent: neque τὰ ἐναντιοφανῆ denique omitterent, locorum qui inuicem pugnare videntur, notationes & conciliationes. Cuius tam variæ & indefessæ Græcorum diligentiæ multa adhuc librorum scripta volumina, quæ variis passim in principum doctorumq; bibliothecis extant, & per nostras quoque pleraq; manus ambulauerunt, locupletes testes extant.

* *lx II. C. de sentent.*

* *l. VI. C de sacros. eccl.*

l. 1, C. de priuileg. vrb. Const.

* *Sualeneberg. in præf. Harmenop.*

Ant. Cont. 1 Disput. c. 7. Cuiac. passim.

* *Paratitl. libri IIII. antiqui, interprete Leunclaio. Francof. fur. 93.*

Nec minus ipsi orientis Imperatores, gentis suæ propria quadam indole sapientiæ studiis magis etiam plerumque quam Marti dediti, in iure excolendo subinde laborauerunt. Vnde non variorum tantum ab excessu Iustiniani Imperatorum speciales de casibus & negociis nouè emergentibus sanctiones (quas recepto tum vocabulo Nouellas vocabant) inuenimus: sed & annis post amplius trecentis Basilius Macedo Imp. exortus est, qui cum filiis suis Leone, Constantino & Alexandro nouam quandam Iuris epitomen, quam πρόχειρον vocauit (ex qua deinceps Harmenopulus suum Promtuarium excerpsit) compilaret. Quem secutus Imp. Leo eius filius, Princeps longè doctissimus, & qui secundum M. Aurelium Antonium Philosophus inter Augustos vsurpatur, Iustinianis Pandectis non contentus, nescio qua eius æmulatione ductus, non tantum varias de iure nouellas cuderet, quibus non minimam partem superiorum constitutionum dedita opera abolere conaretur; (neque enim tantum eas quantum ipsi cuperet, apud subditos ponderis habuisse, sed maxima ex parte neglectas & inusu abolitas fuisse cum alii, tum Psellus* auctor est) sed & quasi gloriæ illius inui-

* *In epitome iuris verfib. politicis scripta, ad Michaelem Ducem Imp. mſ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens nouum & ipse corpus & volumen iuris cæteris αὐθεντικώτερον fabricatus est, quod vulgo ἑξηκοντάβιβλον, velut in LX libros diuisum, habens τεύχη sex, totque adeo vastis membranaceis voluminibus constans (vt testis ipse sum αὐτόπτης) & quia principem laudaret auctorem, βασιλικὸν dixerunt. in quo non modo diuersam à Triboniani inuento materiarum dispositionem, velut quadrata rotundis mutaturus fecit, sed & pleraque de priorum principum suisque nouellis mutata interpolauit: vt fragmenta eius operis partim edita, partim in bibliothecis extantia (& nescio an tanti vt omnia edantur, emanturque nedum legantur) fidem faciunt. Iam Leonis quoque successores cæteri, qui deinceps ex Porphyrogennetica, Comnena, Palæologa familia Orientis sceptra tenuerunt, suo quisque imperii tempore nouellas quasi certatim edere, & in his sibi inuicem derogare, obrogare numquam desierunt: vt si vllo vmquam tempore cognitio iuris grauis & operosa fuit, tunc certè intricatissima & difficillima fuisse videatur.

Quotumquemque enim tam ferrea memoria, tam ingenio vnico, tam improbo labore fuisse putamus, qui ad vnguem perdisceret, vt subinde libidine principum ius mutatum & perturbatum fuerit: quid illis placuerit primum, quid deinde, quid postremo: quidve in republica ante illos obtinuerit, quid quaque ratione post illos modò inductum, modò intermissum, mox reductum, rursusque intermissum aut abolitum fuerit.

Quæ dum ita ab illis fiunt (vt ad Iustinianum nostrum redeam) eius interea tam deprædicatum iuris corpus, quod ille in omne æuum yaliturum, εἰς τὸν λοιπὸν ἅπαντα κρατοῦν χρόνον publicauerat, * post illam Basilicorum editionem fastiditum & contemtum etiam in Oriente obsolescere, & cum rarius describeretur (quippe nulli in foro ac subselliis aut schola vsui futurum) vix se ab interitu defendere posse cœpit: adeo vt ex qua aliorum omnis generis librorum abunde, huius vix vllum è Græcia exemplum recuperatum audiuerimus.

* d. l. 2 in fine. C. de vet. iure.

In Occidente autem tuo (vt de hoc tandem aliquid dicamus) non dicam Iustiniani libros statim ab auctore suo intercidisse & vix parenti suo superfuisse, sed nescio an vmquam eò illatos, aut ab ipso Iustiniano in vrbem Romam vllamve Italiæ partem, nedum cæteras prouincias Latinas, excepto Illyrico (vt ipsiusmet ad Senatum C. P. & omnes populos epistola indicium facit) publicatum aut ad obseruandum propositum. Nam quo tempore Iustinianus in Græcia libros illos tertio consulatu suo composuit & edidit, occupata â Gothis iam tum ante sexaginta annos Italia fuerat, & barbaris eorum legibus astricta: quem Gothorum dominatum cum ad octoginta paullo minus annos durasset, continuò Longobardorum, & hos Francorum regnum excepit. & post Iustinianum non tantum vrbis Romæ status semper variarum gentium irruptionibus & domesticis etiam dissidiis varie agitatus, Imperatores Constantinopolitanos vix amplius recognoscere dignatus est: sed tota Italia, cui etiam exarchatus Rauennæ tandem accessit, ab eo tempore ad quadringentos vsque annos nobis proximos, nil nisi Longobardicas, Francicasque leges, & nescio quas alias (quarum adhuc vestigia in Municipalibus statutis & vsuaticis vulgaribus exstant) agnouit, vt ne nunc quidem satis comiter iuri ciuili tam eleganter composito & æquitatis humanitatisque pleno cedere dignentur. Aliæ vero prouinciæ simul atque labente Imperio in libertatem se proripuerunt, cum iugo dominatus leges etiam Romanas excusserunt: aut a Francis, Gotthis, aliisque Germanici sanguinis populis occupatæ victorum etiam arbitrio pro belli iure leges & instituta (quorum bonam partem ab illo vsque æuo superstitem habemus *) acceperunt. Quamuis & illis in ipsis maiorum nostrorum legibus, præter quod Latino vtcumque sermone scriptæ sunt, quædam etiam veluti vestigia & ductus à Romanis deriuatæ sapientiæ non oscitanter legentibus occurrunt: vti sanè & Agathias

* Leges Francorũ, Alemannorum, VVisigothorum, Burgundionum, &c.

non

non sordidus auctor, Francos Germanosq; satis candide describens * Romanæ etiam politiæ eos non omnino exsortes, Romanasque inter se leges & eosdem in contractibus connubiisque mores seruare testatur. Quæ tamen vestigia quoties apparent, ex Theodosiano potius & Gregoriano Hermogenianoque codicibus (quos omnes, vt & Iurisconsultorum Gaii, Pauli, Papiniani quædam illi habuere, vnde & Alaricus Gothorum, * Theodoricusque Francorum Rex suas leges descripserunt) profecta nobis liquido constat. non ex illo Iustiniani, cuius legum corpus in eas partes vllum peruenisse nullo indicio apparet; de quo etiam apud Isidorum Hispalensem, & Dagobertum Francorum regem, * quo loco alias Iuris origines enumerant, & Theodosiani codicis nominatim meminerunt, altum silentium: nec in Capitularibus etiam Caroli Magni & Ludouici ab Ansegiso collectis vlla eius vestigia: toti vt eum fere Occidenti per tota sex secula incognitum fuisse, solosque aduentitiarum illarum gentium mores ac leges viguisse manifestum fit.

* Agath. lib. 1 de reb. Iustiniani Imp.

* Auctoritas Codicis Theod. præfixa.

Sidon. Apollin. 11. epist. 1.

* Isid. v. Etymolog. c. 2 Dagobert. in præfat. leg. Salic.

Nec satis expedio, qua tandem fortuna Lotharius Saxo Imp. in Iustinianicos illos libros, sexcentis demum ab eorum editione annis inciderit: quem quidem primum constans inter eruditos fama est, ius illud in lucem & vsum reuocasse, idque suasore Irnerio, viro proculdubio in republ. & iudiciis cum laude versato, & quem Constantinopoli iurisconsultos docentes audisse quidam autumant. Eum libros illos è situ & puluere protractos renouasse, certis tomis distinxisse, paucisque de suo verbis interpositis publicasse Vrspergensis, & ipsum ea primum Bononiæ professum Odofredus memoriæ prodidit.

* Bolognin⁹, & Ang. Politian. in miscellan. & epist.

Pandectarum certè antiquissimum illud exemplar, quod si non Iustiniani ætate (vt quidam putarunt*) & ipsius Triboniani prototypon, saltem non ita diu post in ipsa Græcia scriptum, siue in Byzantina aut Rauennate bibliotheca aliquamdiu asseruatum, siue aliter Amalphin oppidum Apuliæ peruenerit; in eius vrbis direptione inuentum, circa annum Salutis M C C C X X X V I. Pisanis à Lothario I I Imper. & Innocentio I I pontifice, in monimentum egregiæ nauatæ operæ donatum fuisse, quod ipsos aduersus Nortmannum Rogerium classe iuuissent, magnaque antiquitatis veneratione ab eis domum relatum; idemque Florentinos tandem per Guinum Coponium anno M C C C C V I Pisis in potestatem redactis, in subiectionis symbolum ad se transtulisse, idonei scriptores affirmant. * Quo profectò tempore nulla præterea vel in ipsa Italia Pandectarum exempla superfuisse necesse est; cum ex hoc vnico omnia cætera, quotquot vel manu exarata in bibliothecis visuntur, vel typis formata prostant, tamquam per traducem dimanasse, docti viri liquido demonstrauerint. a Et quæ à quibusdam laudatur, b vetus conversio Gallica Codicis, ipsam quoque ab eo demum Lotharii æuo factam fuisse consentaneum est.

* Gl. in rubric. soluto matrim. * Volaterr. Reiner. Grachia, Plotus, Gryphius, Franciſc. Taurellus. a Ant. Augustin. 1 Emendat. Lali⁹ Taurell. in præfat. Pand. Flor. Contius 1 Disp. c. 7. b Cuiac. in præfat. III libr. Cod. & XI. obser. c. 11. & XVI. c. 24. * l. 24, & 26 D. de capt. & postlim. l. XI. D. de euiction. Tacit. in German.

Cui ergo bono, dicet aliquis, hæc Græcorum propria iura, veluti merces exoticæ & alieno sole calentes, nobis eduntur? & quæ etiam stante illorum in Oriente imperio vix apud ipsos satis valebant, illo occiso nobis in Occidente obtruduntur? quas etiam cui cuimodi sint, à nobis suscipi & obseruari nescio an ex vsu, certè vix ex honore Imperii nostri videatur. Quid enim? an fortissimi Germaniæ indigenæ, Franci, Salii, Saxones, Boioarii, Burgundiones, aliique horum propago, Longobardi, & vtrique Gothi, iam inde à Taciti æuo propriis & vernaculis legibus carebant, vt eas à Romanis, & illis postea à se domitis, inuerso rerum ordine mutuari necesse haberent? aut sub illis suis legibus & institutis ita infeliciter agebant, vt libertatem suam bonosque mores tueri non possent? Et non potius Germania non tantum iam inde ab V. C. auspiciis Romæ æmula & inimica, * non minus quam Carthago, Romanam virtutem perpetuis bellis exercuit? nec lacessita solum se strenuè meliusque illâ defendit; & quam auide à Romanis expetita, nequicquam Germanici præ aliis

Universidad de Deusto
Biblioteca

titulum à terra triumphata magis quàm victa affectantibus, tam insuperabilis semper restitit, limitemque victoriarum, quem excedere non magis quam Parthicum Persicumq; possent, ad Rhenum Danubiumque

Claudian. *Vtraque Romuleo prætendens flumina regno,*

eis præfixit: sed tandem versa vice ipsa vltrò Italiam, emissis procellæ more immensis
**Iustin. lib. 38.* millibus populorum* inundans, adgredi & negocium non leue facessere potuit. Neque tantum plærasque Europæ prouincias Romanis paulatim extorsit, quibus ceu inductis ex se colonis, in hodiernum diem sub diuersis nominibus Francorum, Longobardorum, Gothorum, Angliorum, Burgundorum, Nortmannorum, dominatur; vt iam tota Europa nil aliud, quàm magna quædam Germania videatur: sed verò etiam Italiam ipsam, & vrbem dominam Imperii sedem, vi & armis non semel occupauit, tandemq; titulo & dignitate Imperii legitimè est potita: ita, vt imperium Romanum quod Germanos capere non potuit, illorum virtute captum: & qui hostes olim Romanis, nunc victores: quod olim barbaricum Romanis, vt ipsi præ se ferebant, despicatui, re autem vera formidini fuit: nunc artibus & moribus cultissimum, sedes & arx Imperii facta sit. Itaque vt non abs re fecerit Otho III. Imp. ex gente Saxonica oriundus, quòd antiquas consuetudines Romanorum iam ex parte magna deletas
** Ditmar. Chron. IV.* (verba sunt Annalium) suis cupiens reuocare temporibus, plæraque ad veterum principum imitationem faciebat, adeo vt etiam ad mensam in semicirculum formatam (Signa veteres vocabant) & editiore loco positam solus sederet. Vt rectè etiam atq;
** Abb. Vrsperg. fol. 29 Sigon. lib. de regno Ital. IX.* ordine fecerit Lotharius Saxo Imp.* cũ Irnerio suasore & adiutore, quasi altero Triboniano, libros iuris Iustiniani à situ & tenebris in honorẽ & luminis auras reuocauit, ac passim non tantum describi, sed etiam in Gymnasiis doceri, iudiciis obseruari iussit. Quamuis de ipso hoc non nemo cordatus subdubitauerit: non tam quod hoc facto ipsum potius hostium potitum, (cum ab omni antiquitate eorum vtique leges præualere soleant in mutatione reipubl. qui victores sunt, non eorum qui victi) & Teutonica saga Romanæ togæ subiecta quis cauillari posset; quàm quòd existimare liceat, etiam absque subtili & spinoso illo iure, Germanos suis illis patriis legibus non paulò simplicioribus contentos, & luce naturæ religionisque dictamine adiutos, nihilominus honestè viuere, societatem ciuilem colere, & suum cuique reddere potuisse. Sed tamen vt rectè Lotharius Imp. in eo fecerit, quippe quòd Iustinianus iuris conditor, solido adhuc & indiuiso imperio potiretur; à cuius obedientia quicunque populi se subtraxerunt, rebellionis manifesti fuerint: cuius deinceps legitimum suo ordine in Occidente successorem esse vt se Lotharius significaret, Barbaris legibus remotis in orbe Romano, Iurisprudentiam Romanam restituerit. Hæc vt ita sint, quid tamen dicemus de Imp. Leonis philosophi aliorumque, quas iam edimus, orientis Imperatorum, quas post diuisionem Imperii cum Carolo Magno in sua ditione ediderunt sanctionibus? Nonne ad primam eorum mentionem erunt qui dicent, procul à nobis spernendas, nec nisi mutile librariarum pondus esse: quòd in foro libris talibus nullus sit locus, in scholis esse non debeat. Quandoquidem iuris ciuilis habeamus veluti σωματοπίαν quandam à Iustiniano confectam, à qua quicquid deerrat, pro nihilo habendum sit: cum præsertim & sine his legum satis, interpretum vel nimium habeamus: & Græcanicæ gentis istæ leges, quales quales sint, non magis certè quàm Æthiopum, Indorumque (vt illis videbitur) ad nos pertineant. Quas ideo scire & edisscere curiosioris forte cuiusdam & exquisitioris, sed tamen superfluæ inutilisque diligentiæ; sequi autem & introducere velle, non absque rerum nouarum studio & læsæ Reip. nota esse videatur.

Nobis verò hæc talia, quæ à veri iuris & patriæ amantibus dici possent, non tantum eadem in mentem veniunt; sed eo amplius nec ipsi dubitamus, nec credimus posse apud quenquam incorruptè iudicantem in dubium vocari, vtrum Germani, quibus etiam vetus illa Romana virtus vix paria facere certè superior esse non potuit, posterioribus illis velutiq; secundariis nouæ Romę principibus (quos sanè cũ interprete nostro

te nostro Græco-Romanos appellare liceat) multis nominibus præferendi; & illorum quàm horum principatus longè & præstantior, & Imperii Romani titulo dignior sit habendus.

Nam siue ditionis amplitudinem spectamus, quamuis ea in hac quæstione non esset inspicienda. quid enim si vel ad has angustias Imperium redigatur, non dicam vt Germaniam, qua olim sola carebat, iam solam habeat, sed vt non amplius

Iuuenalis. *Quam olim sub Tatio populus Romanum arabat:*

eóne minus imperium Romanum foret? & nonne ipsi Romani (vt M. Tullius ait) imperii diuturnitati consulentes, modum potentia statuendum esse veteri exemplo putarunt? ipseque Augustus coercendi intra terminos Imperii consilium patribus dederat? Sed tamen si vtriusque ditionis mensuram inspicere libeat, porrecta Germaniæ (quæ vocabant*) vt spacio terræ nulli vnquam regioni cesserunt, ita nec hodie viribus, armis, artibus aut ingeniis cuiquam habitabilis orbis prouinciæ vel hilum concesserint: & Occidentis imperium, si cum Germania sede imperii cætera socia regna, quæ ceu coloniæ ex illa gentium officina prodierunt, & alteruttius linguæ Teutonicæ meræ aut Latinæ corruptæ consortio nobiscum tenentur, eodemque illo iure scripto quod à Iustiniano primo conditum, à Lothario verò restitutum, à nobis deinceps illis nationibus communicatum est, nobiscum communiter vtuntur, coniungantur: quantum tandem Græciæ toti imperioque Eoo, etiam vbi illud in integritate & flore sua inspiciatur, concedet? Siue autem vtriusque vires & potentiam conferamus, an Carolo illi Francorum Regi potentissimo, multorumque populorum victori incomparabili, cui à rerum gestarum gloria Pompeii illud & Alexandri cognomen tributum est, vllus Græcorum par esse potuisset? Quoties Germani, cum per tanta terræ pelagiq; intervalla sacra expeditione Saracenos in Asia petere, illucque sedem belli transferre, & terram illam sanctam Græcorum ignavia dudum amissam magna ex parte recuperare potuerunt, vel in solo transitu Byzantinis principibus terrori & formidini fuerunt? Nonne autem illorum principatus sub Alexio Angelo nostro Cæsari tributarius factus, & vectigal inde Ἀλαμανικὸν vocatum Græcis hominibus indictum, ad quod conficiendum nec quidem priorum Imperatorum thesauris, nec sepulcris parcitum fuit? cum Henricus Friderici Barbarossæ F. fœcialibus ad illum missis Romanas prouincias omnes ab Epidamno vsque ad Thessalonicam repetens, eumque Germanis in Palæstina militantibus auxilia naualia mittere iubens, ni imperata faceret, bellum præsens denunciaret. Quid quod non multis post annis ipsum imperium eiusque regia sedes Constantinopolis à Germanis Balduino Flandro duce occupata, Græcis interea Niceam & Trapezuntem in angustias coactis, & plus quinquaginta annis ab illorum posteritate possessa fuit? Non addam illos imperiis suis, & Niceno & Trapezuntino & Byzantino tandem à Turcis citius exutos, funditusque excisos & deletos: contra quos hostes Germana virtus hactenus inuicta non tantum patriam tutam præstiterit, sed & cæteris Hesperiæ prouinciis aduersus immanissimæ gentis eluuionem velut muri aggerisque vice fuerit. quod totum illud non ab humanarum virium ostentatione, sed sola diuina ope & prouidentia pendere agnoscamus. Sed vt etiam ingenia & mores vtrorumque inspiciamus, quis Argiuorum subdola ingenia ex fallaciis & sutelis conflata, vt etiam in prouerbium abierint, cum pura illa & sincera Germanorum fide & simplicitate (à qua quicquid verum, merum & genuinum est, germanum dicitur, & animum laudis auidum germanè Romanum dixit Augustinus) comparata non auersetur? *Nullos mortalium aut armis aut fide ante Germanos esse*, etiam Tacitus olim dixerat. Quos vmquam socios suos aut Germani aut alii ita flagitiosè prodiderunt, vt Græcorum rex

Tull. pro lege Manil. Tacitus 1. Annal. Iulian. in Cæsarib. ** Auson. panegyric.*

Nicetas Choniat. in Alexio Angelo Imp.

Nicet. Nicephorus Gregor. Sigeberti appendix. Mayer. in Flandr.

Augustin. II de ciuit. cap. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Emanuel, qui legionibus Conradi Imperat. cum victor è Syria domum repedaret, transitu permisso, sub specie amicitiæ non tantum sceleratas insidias fecit, sed & fraude plusquam Punica annonam adulteratam vendidit, calce per frumentum gypsoque mista, quem cibum Germanorum stomachi non delicati aliâs concoquere non valuere.

Nicetas in Manuel. Nyhem. Egnatius.

Iam si de artibus etiam & ingeniis sit contentio, quid Romani arietes machinæque aut etiam Græcorum ille ignis marinus (quem Chelandria vocant) ad Germanorum tormenta illa puluere pyrio disploſa, murorum turriumque pestem certissimam, nisi meræ nugæ? Vel quid καλλιγραφία illorum, quam tantopere exercebant, in charta bombycina aut bibracina, ad literata præla & traduces librarias à nostris hominibus excogitatas? Ad Imperii titulum venio, de quo perpetua æmulatio velutiq; status controuersia inter vtrosque fuit.

Annales Francor. Regino. Sigebert. Ado. Schaffnaburg. Viterbiens. Philipp. Bergõ. M. Polon. Platina.

Etsi enim Carolus Magnus non tantum iure belli, & S. P. Q. R. voluntate Pontificisque consecratione, verus & legitimus, si quis vmquam alius, Imperator effectus esset: sed transactione insuper cum Irene regina, eamque secutis Nicephoro & Basilio Impp. interposita, certisque terminis vtriusque imperii diuisione & separatione facta, ius suum abunde confirmasset, ideoque legati Byzantini eum βασιλέα palàm salutassent; & omninò inter vtrosque principes ita conuentum diuque inter successores obseruatum esset, vt æquo iure Byzantini & nostri Augustos adeoque fratres se appellarent: paulatim tamen inuida & ambitiosa illa natio nostris Cæsaribus eum titulum detrahere conata est, & suos solos Romanos & Basileas & αὐτοκράτορας Ῥωμαίων in diplomatis & numismatis proscribere, Dominosque orbis terrarum ceu vnius familiæ iactare *a*: nostros autem Latinos tantum & Alemanos Francosque, & Cæsarem nostrum vt nouo ita inepto commento Ῥηγα Ἀλαμανίας ἢ Φραγγίας.

a Leo nouell. 59. Otho Frising. 1 c. 23. Pet. de Vin. III. c. 29.

Vnde factum est, vt à nostris paria reponentibus vicissim non aliter quam Græcorum reges aut Constantinopolitani Imperatores vocarentur. Nec sine stomacho lego Græculum Henrico Imp. obgannientem: ὡς εἰ κυρίων κύριος καθεσήκει, καὶ βασιλεὺς ἀναδέδεικται βασιλέων, ὅπως μοναρχίαν περιβαλεῖται, καὶ κύριος ἔσται τῶν κύκλῳ δυναστείων, τὰς Ἀντωνίνας καὶ Αὐγούστας τῷ Ῥιφαιητικῷ φαντάζεσθαι, καὶ πρὸς τῶν ἐκείνων ἀρχὴν ἐκτείνων τὴν ἔφεσιν καὶ μικρὰ φθεγγόμενος κατ' Ἀλέξανδρον, τὰ τῇδε καὶ τὰ τῇδε πάντα ἐμά. Quasi non nostri potius à veteri Roma, & matre quam illi à noua sua & filia, vrbe Constantina (quam nec ipsam absque Germanorum ope structam Iornandes auctor est) nomen principatus sui & Antoninorum Augustorumque successionem deducerent: & si vel illa relicta (quod & veterum principum nonnulli fecerant, faciebant, Mediolanum, Treuerin, Lutetiam Romæ præferentes) alibi habitare præoptassent, atque adeò Romam alteri, vt quondam Zeno Imper. Theodorico Gotho, vltrò habitandam cessissent; non potius aula & comitatus Cæsaris, & vbi curiam celebrat (vt nostri annales loquuntur) denique vbi Imperator est (vt Pompeianus scitè dixit) pro Roma haberi debuisset; nec tam Capitolii ruderibus atque ruinis, quàm principis maiestate & præsentia imperatoriæ sedis prærogatiua censeri.

**Nicetas fol. 236. & seq. Iornand. in Getis. Iornand. Paul. Diacon. XV. miscell. Zonar. Cedren. Herodian. lib. I.*

Qua de causa etiam linguam Latinam in omnibus publicis priuatisve maioris momenti actibus & tabularum monimentis conscribendis, ceu certissimum veteris illius Romanitatis signum & stantis adhuc imperii argumentum, nostri Imperatores per aliquot secula religiosè conseruarunt; donec diuo Rudolpho familiæ tuæ serenissime Cæsar principi, nostro potius patrioque idiomate vti visum est. Cum autem imperia & regna, nisi iusta, nil nisi magna sint latrocinia; in promtu fuerit diiudicare, vter horum legitimi principis speciem melius tueretur, illene qui plærunque nulla legitima neque successione neque electione, sed aliquando magicis sortibus, cæde, veneno, malisque artibus affectata tyrannide, vero principe si vel frater sit, aut sica venenove peremto, aut (vt mitius) oculis ei exsculptis, ignitisve laminis aut aceto feruente excæcatis, naribusve amputatis, aut castrato, aut (vt mitissimè) tonso & in monasterium detruso, imperium malè arripit, peius gerit, pessimè & simili exitu rursus amittit: vel fortè, non dicam fæminarum, sed (quod indignius) cubiculariorum eunuchorumque nutu & libidine, aliquando & factio nunc non tantum militarium, sed etiam theatricarum Venetorum Prasinorumve impetu, nonnunquam etiam ipsorum hostium & barbarorum atque adeò Turcarum voluntate & minis, ad sceptra extollitur: quorum omnium exempla in illorum historiis sunt obuia. An verò ille potius, qui sapientissimo & liberrimo septem antistitum principumque summorum consilio, ob virtutis merita & alti generis indolem electus, sacris ceremoniis & exquisitissimis solennitatibus more maiorum initiatur, conceptissimis verbis Ecclesiæ & patriæ fidem suam obstringens, & populo acclamante ritè renuntiatur, trina coronatione sancitur, atque ita legitimè ceu Dei manu in solio collocatus, vt præsentissimum in terris numen colitur pariter & timetur. Iure igitur tuum hoc Germanè Romanum Occidentis imperium, cui post tot sanctos, sapientes, fortes, saltemque moderatos principes, te sacratissime Imperator, Rex ille regum & Dominus dominantium præfecit, non tantum legitimum & iustum, sed verè pium, & (quod vocatur) sacrosanctum, ideoque Deo carum & verè θεοφρούρητον imperium censetur, & ab omnibus Christiani orbis populis regibusque huic non grauatim fasces submittentibus colitur, taleque ad finem mundi duraturum certis Prophetarum oraculis promittitur. Cum in altera illa ad Euxinum pontum septicolli Roma, apud imperitantes Magni illius Constantini nomen magis quàm merita affectantes, prisca illa Romanæ pietatis & virtutis gloria cum ipsâ imperii maiestate dudum decoxerit: quin ipsi Neronum potius Claudiorumque quàm illius ἰσαποστόλου successores, non tantum variis morum damnis & vitæ flagitiis, luxu, auaritia, in socios perfidia, fœderum violatione, perniciali inter se ipsos discordia, infanda & ipsis Turcis sæuiore crudelitate, & plusquam Tragicis sceleribus; sed etiam aperta impietate, horribilibus superstitionibus prauisque opinionibus, non tam ab Occidentalium Ecclesiarum sententia quàm ipso manifestato Dei verbo longissimè abeuntibus, præsertim illa execranda & irremissibili de spiritu sancto, polluti & detestabiles fuerint: & malorum principum exemplo corruptus (vt fit) populus, in tam dissoluta disciplina morumq; licentia, impia superstitione cumulata, ita ad omne flagitii genus prolaberetur, vt pro noua Roma & Sione (quam vocabant*) noua potius Sybaris & Sodoma, vel ipsis testibus, *esset dicenda. Quæ omnia quiconsideret, sanè Imperii eius fatalem interitum & euersionem admirari desinet. Quæ iustæ Nemesis oculo expergefacto ita est consecuta, vt postquam cum omnibus vicinis populis, iam quasi iuratis & diuinitus immissis hostibus, ab Occidente Vandalis, Gothis, Bulgaris, Vlachis, Mysis, Hunnis, Auaribus, Seruiis, Triballis, Patzinacis, Rossis, Vris, ab Oriente verò Persis, Abasgis, Iberis, Arabibus, Armeniis, ab vtroque autem cardine Turcis & Saracenis omnium acerrimis, tanquam capitis reus bestiis obiectus, diu varia fortuna esset conflictatum; ita tamen vt plærunque aut magna strage attenuatum, aut ad durissimas tributi dependendi conditiones adactum, aut aliquando etiam internecione exercituum attritum esset; non tantum fines illos imperii exteriores, perpetua quasi alluuione arrosos paulatim contrahere cogererur, sed vix tandem pomœria sua, imò mœnia portasq; tutari posset. Itaque quum aliquot obsidiones Constantinopolis ab Auaribus, Saracenis Genuensibus, atque etiam in ciuilibus bellis passa, iustum pœnitendi tempus habuisset, nec tamè ad melioris vitæ curam adduceretur; sed insuper in tanta nequitia nihilominus diuinum auxilium sibi obligatum putaret, & Iudæorum quondam exemplo Templum Domini inclamantium, inuincibilem se & θεοφρούρητον iactaret: tandem à Deo deserta (quod Leo Imp. dudum præsagierat*) vt à Cõstantino primo condita, ita ab vltimo amissa, immanissimæque Turcarum nationi pertinaciter obsidionem vrgenti tradita, flebile excidium nunquã satis deplorato orbis Christiani damno est perpessa.

**Leo Imp. in vaticin. *Nicet. pag 118, & 268. * in vaticinio suo, post annales Manass.*

Quæ licèt ita sint, tamen (vt ad rem redeamus) existimo non deesse causas, quod talia Græcorum monimenta (quæ in tanta illorum clade, diuinarum humanarumque

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum euersione & παυολεθρία vt adhuc superesse mirandum, ita non sine diuina prouidentia ad certum eumque bonum finem conseruata remansisse credendum est) non tantum & deinceps conseruare, sed etiam ad nostrum vsum publicare, legere, atque adeò inuenta ingentis thesauri loco excipere & amplecti debeamus. Nam præterquam quod ad vniuersalis & perpetuæ historiæ corpus, cuius illud florentissimæ quondam Græciæ curriculum, siue Alexandri monarchiam siue Byzantinum Imperium accipiamus, pars non minima nec ignobilissima est, omnia huius generis sunt corroganda: quæ si vel ad vsum nostrum nihil facerent, tamen humanitatis ratione, & propter illam quæ semper inter hæc duo imperia fuit, quasi fraternam coniunctionem, etiam iniuriarum ab illis factarum obliti, hoc Græcis beneficium deberemus, vt res eorum quantum in nobis esset memoriæ & posteritati transmittere curaremus. Historia certè, vt suo merito lux vitæ audit, facemque ad omnia prudenter agenda præfert; ita ipsa rursus ex his legum relliquiis non tantum lucis plurimum, sed & authoritatis fideique accipit. Annalium enim illi scriptores Byzantini, quos superioribus annis è Græcia allatos in lucem prodire tantopere gaudebamus, quamuis luculenti sint, tamen vt priuati homines, imò & aliqui solitarii, non nisi ex rumore & auditione sibi comperta (quod plærique historici solent) in commentarios suos coniecerunt, quibus multa de suo tam dubiæ fidei subinde admiscuerunt, vt tanquam antiquum illud obtinentes:

D. Augustin. epist. 131.

——*quidquid Græcia mendax*
Audet in historia——

sæpe aniles potius fabulas, quam annales scribere voluisse videantur. At hæc ipsorum Principum, quos Augustos & cum summa potestate fuisse diximus, & Præsulum sanctorumque Patrum monimenta, leges, scripta, ab ipsis auctoribus profecta, eorum auctoritate publicata, literis mandata, in archiuis chartophylaciisque religiosè conseruata, pulcerrimis membranis plurimisque exemplaribus descripta, sincera ad nos & omni dubitatione maiora perueniunt. Quæ si vt leges non valerent, neque legis vim ad iubendum, prohibendum, puniendum haberent: tamen vel ideo obuiis vlnis essent excipienda, quod magnus eorum vsus sit saltem ad planiorem historiarum intelligentiam; quæ adeo plerarumque harum, quà in Ecclesia quà politia, iuris sanctionum & mutationum subinde mentionem faciunt, vt in lectione Zonaræ, Cedreni, Glycæ, Scyllizis obuium est. Neque solum ad veterum illorum lectionem ceu interpretis vicem esse possunt: sed eruditissimi etiam nostræ tempestatis homines, qui veteris aut Ecclesiæ aut politiæ memorias vndecunque eruere, & è diuersis diuerseque scribentibus auctoribus certum quoddam historiæ sacræ profanæve corpus compingere laborant, præsertim vbi ad Græcæ Ecclesiæ reive publicæ statum peruenerint, plurimum adiumenti ex hisce tam Augustalibus quã Synodicis & Patriarchicis scriptis, accipiẽt, imò hunc fere vnicũ instituti sui fundũ inuenient: nec nullam eo nomine (vt confido) editoribus gratiam habebunt. Ausim etiam polliceri, quod ista qui attente legerit, in eorum auctoribus plærunque nec pietatis Zelum in cultu DEI & Ecclesiæ εὐταξίαν propaganda, nec iudicii acrimoniam in constituendis rebus necessariis, nec in tuendis subditorum fortunis egregiam voluntatẽ, nec in legibus ipsis sapientiam, æquitatem, moderationem desiderabit. Ex quibus (si quis verum eorum vsum iam requirat) eum historiis eorum coniunctis, non quid illi fecerint & statuerint, tantum vt sciamus, discemus (quod curiositatis potius cuiusdam quam prudentiæ fuerit) sed vt etiam bene facta statutaque admirando doctiores, imitando meliores inde fiamus: quæ secius, ea Deo displicuisse iam ex euentu tanto certius iudicemus, & caueamus; & dum apud illos errorum superstitionumque colluuiem, bonarum legum contemptum, disciplinæ dissolutionem, aulæque & cleri corruptelas, perditos deniq; populi mores notamus, obuia in plærisque nostrorum temporum similitudine ab eisdem causis pares exitus animo præcipiamus, fratrumque terribili exemplo edocti nobis blandiri desinamus.

Ad iuris autem & reip. conformationem, quare pudeat nos ab illa natione etiamnum aliquid mutuari, quæ vt Hebræi religionis, Romani iustitiæ, ita ipsa ab omni

æuo sapientiæ laude diuinitus exornata fuit, & à sapientibus talis agnita: a qua & initio populum Romanum suarum legum fundamenta velutique semina petere non puduit.* Fuit enim profectò Palladiæ Græcorum genti ab illo, à quo omne bonum proficiscitur peculiariter hoc concessum, (quod & nostri candide agnouerunt*) vt ingeniis & solertia supra mortales cæteros excellerent. Quod si de tota gente verè dici potest (vti nulla certè alia tot eruditos clarosque homines extulit) in principibus eorum longè clarius splendidiusque animaduertitur, quos ante illam posterioris æui corruptionem multos tales habuit, qui quantum Græci præ Barbaris, tantum ipsi præ Græcis suis eruditione & facundia pollerent, vt Iulianum, Leonem, Basilium, Constantinum, Romanum, Theodorum Ducam, Manuelem Palæologum, quos supra vulgus sapuisse scripta eorum etiamnum extantia loquuntur. Celebratur vulgò Neoptolemi apud Ennium sententia,* *philosophari quidem esse necesse, sed paucis: nam omnino haud placere*: & (vt ego addendum puto) principi nec satis licere. At isti etiam huius moderaminis fines egressi non leuiter Labra fontibus Castaliis proluerant, sed ita ingurgitauerant, vt iam vitio illis nimius studiorum amor & sapientiæ affectatio dari potuerit.* Itaque ex Platonis voto* tunc composita respublica, sub tali philosophantium imperio, & imperantium philosophatione satis felix florensque videbatur, certè iure optimisque legibus abundabat. Et quo tempore omnis apud nostros homines non tantum iuris, sed aliarum quoque artium doctrina planè alto quasi situ obliuionis sepulta iacebat (vt post Latii euersionem nostrarumque gentium immigrationes per aliquot secula barbarie oppressa iacuit) illi soli tum cæteris literatæ sapientiæ thesauris, tum Romanarum legum integritate fruebantur, quas quotidie etiam nouis legibus & additionibus magis exornare, contrarias componere, suorum temporum rationi minus conuenientes commodè emendare satagebant. Quarum nunc prodeuntium gratiam si quis ideo eleuare velit, quod auctoritate nos non obligent, eum velim considerare, non tam quòd ab Augustis latæ sint, si non illis imperatoribus priscis, maiorum quasi gentium principibus, reipublicæ fundatoribus, iuris conditoribus; tamen ab Augustis & illorum successoribus, & quibus à Deo dispensatio sui orbis commissa fuerit,* cuius vtique potestatis veneratio apud nos aliqua esse debet: quàm quòd cum summa ratione, quæ sola velut medulla imò anima legis, & primus omnium legum fons, imò ipsa pro lege haberi debet, latæ sint. Quæ facit, vt sine hac ne lex quidem sit, & rursus vt abrogatæ legis & authoritate sua orbatæ, tamen ratio quam bonam habebat, superstes maneat & in considerationem venire mereatur.* Addo etiam, quod qui affirmare velit, nunquam nostros Cæsares Germanos Græcorum legem ex hoc numero aliquam sequi imitarique dignatos, pro temerario sim habiturus: vel illa Friderici 1. Imp. de iure protimiseos constitutione, quam ex Græca siue Romani Lecapeni (vt quidam ediderunt*) siue Constantini Porphyrogennetæ (vt nos) nouella eiusdem tenoris esse expressam euidens est, vnica pro multis iam occurrente. Quod si quis sepositò animi affectu res suis momentis æstimare velit, næ ille credo has Byzantinas leges tam philosophico & verè Platonico stilo, & suasorio magis genere quàm illo imperatiuo scriptas, quæque à iuris ciuilis sapientissimè constituti fontibus quasi deriuantur & eiusdem vestigiis insistunt, cascis illis nostrorum Longobardicis, Francicis, Gothicis, Alemannicis, Baioaricis, atque adeò Carolinis longè præferet: quæ præterquam quòd verbis asperæ, etiam re ipsa longius à summa illa æquitate recedunt, tamquam à Mauortiis profectæ nationibus, quæ potius manus ferro quam ex iure conserere, & in castrensibus armis quam subtili iuris indagatione operam ponere consueuissent, & vt Enniano verbo vtar,

Bellipotentes sunt magè. quàm sapienti potentes.

Quamquam pro hac legum incuria alia & quidem longè maior ipsis laus, vel hostium testimonio,* succedebat: *Quod plus apud illos boni mores, quàm apud alios leges valerent, nec corrumpere & corrumpi seculum vocaretur.* Iam verò si maiores nostri orbe Romano ad occidentem solem subacto, cum imperio etiam leges tanquam eius instrumentum accipiendum, eoque ceu freno ad illas prouincias regendas vtendum

l. 1. §. 1. D. de orig. iur.
Dion. Halicarnass.
Liuius.
Frider. Imp. apud Frising. l. c. 24.
apud Gell. v. c. xv.
Nicet. Choniat. fol. 106
Plato de republ.
Themist. nat. consulari.
Tacitus in Germania.
Leo nouell. 109. Alexius nouell. 3.
Dd. in l. eos C de appellat.
Cuiac. lib. v. de feud. pag. 825. Tomo II. Iur. Græco Rom. fol. 139.

Universidad de Deusto
Biblioteca

arbitrati sunt: si denique ad extructam illam à Iustiniano iuris œconomiam, qui suo æuo iurisconsultorum scripta, principaliumq; constitutionum farraginem integram habuerat, post tot secula nihil posse accedere putarunt; estque id ius,

Non equidem sine mente, reor, sine numine Diuûm,

nunc ita receptum, vt non in nostris tantum tribunalibus academiisque vsurpetur, sed sociæ etiam gentes, tametsi legibus Romanis ex professo non vtantur, earum tamen maiestatem sic comiter conseruent, vt illarum rationi & æquitati, si non auctoritati & sanctioni, plurimum tribuant, & ipso facto declarent quanti eas faciant, dum suas leges proprias ex illis vel emendant vitiosas mitigantque, vel obscuras declarant, vel deficientes supplent: certè consequens est, ad nobilissimæ eius disciplinæ illustrationem, vt omnia quæcunque vndecunque possunt adminicula corrogari debere, ita nullum præstantius adiumentũ his ipsis, quæ è Græcorum libris hauriuntur, adhiberi neq; adeò sperari posse. Nã Constantinopolis vsq; ad auorũ nostrorũ memoriã (nondum .n. sesquisæculum est, quòd in immanissimi Turcæ, proh dolor! dominationem tyrannidemq; venit) Romanâ Academiâ per Longobardorũ irruptiones dudũ disturbata, Berytoque terræmotu absorpta, sola litteris omnibus & inprimis disciplina iuris viguit, atque illic celeberrimum semper iureconsultorum Gymnasium, & supremum totius Orientis tribunal diutissimè stetit; & (vt Æneas Syluius scribit *) mansit ad nostrum vsque tempus vetustæ sapientiæ monimentum, literarum domicilium, arx philosophiæ, vt quod florente Roma doctrinarum nomen habuerunt Athenæ, id nostra tempestate Constantinopolis obtinuerit. Quin & Latinarum literarum mysteria, quæ vnà cum Imperio Constantinopolin cesserant, in Græcam traducta linguam; & libri ipsi Iurisconsultorum vnde pandectæ excerptæ fuerant, illuc translati, omnesq; bonæ artes summo illic studio excultæ fuêre. Proinde interpretationem genuinam, & verum legum sensum longè illos melius certiusque calluisse probabile est, quos videmus enixè dedisse operam, vt si quid in vulgaribus exemplaribus vitiosè legeretur, de vetustis codicibus restitutum exprimerent; si quid ambiguè videretur posse accipi, de perspicua versione sua declarationem indubitatam haberet, quibusq; non abs re vates Romanus & ingenium & oris rotundi facultatem tribuit: quam Latinos, qui præter linguæ Latialis mancam, Græcę etiam nullam cognitionem, nec pleno iuris corpore nec eo emendato frui vnquam potuere. Vnde neutiquam tantum apud illos opinionum quæstionumque pelagus est, quantum apud nostros: cum illi per manus tradita, vel ex antiquorum libris repetita pro certis pleraque habuerint; in quibus nos hariolari, velutique in tenebris micare, nec raro hallucinari necesse est. Itaque his sanè Græcorum lucubrationibus debemus, quod cum antea iam inde à Lothario pessimè habitis iuris libris vteremur, vt prisci illi superiorum seculorum interpretes plærunque à vero sensu multorum locorum longissimè abessent, multis omninò careremus, quæ ob Græci sermonis penuriam amissa essent: nos iam doctorum hominum diligentia leges prius mendosas infinitis locis correctas, fugitiuas & palantes suis sedibus repositas, amissas & desperatas tandem restitutas, atque adeò corpus Iustiniani propemodum integrum aut integro proximum habeamus. Quod vtinam aliquando ab inueteratis illis mendis liberatum, lacunis expletum, natiuoq; quantum potest nitori & perfectioni suæ doctorum hominum iudicio omni ex parte restitutum, sub Cæsarei tui nominis auctoritate publicare tibi per bellicos labores liceret, vt tertiam hanc à Iustiniano & Lothario restituti iuris Romani palmam ferres, nosq; certo & indubitato aliquando iure in Dicasteriis auditoriisque vteremur.

Zoannet. in Orat. De Imper. Rom. P. Suffrid. de præstant. leg. Rom.

Æn. Siluius epist. 131. 155. 162.

Ex quibus iam cuiuis facile est æstimare, quanto in precio hæc iuris vtriusque Græcorum monimenta sint habenda. Si enim vel Iurisconsultorum Græcanicorum, qui & priuati homines fuerunt, & interpretis nuda opera functi sunt, inque ea ipsa sua & ipsi nec leuia σφάλματα habent, labores tantum nobis commodi attulerunt: hæc certè αὐθεντικώτερα Imperatorum patriarcharumq;, qui clauum Reipublicæ & in ea Ecclesiæ tenuerunt, quantò illis præponderent, nemo non videt. Quæ ipsa cum alios ante nos, magni nominis viros, * promisisse magis quàm præstitisse inuenirẽ, certè tam

Scringer. in præfat. Nouellar. Cuiac. XII. obseruat. c. 22. Anton. Augustin.

tam absoluta & integra dare non potuisse liquidò compertum habeam: eò magis gauisus sum, vt sub M. T. auspiciis primum in publicum prodirent, illibatam tibi hanc laudem, nobisque editionis gratiam reseruatam. Debetur enim certè, debetur Germanorum Cæsarum nomini hæc gloria, vt quemadmodum sub Lothario Imp. Iustiniani codex per Irnerium, Carolo V Imp. propatruo tuo Theophilus per prudentissimum Viglium, Ferdinando auo tuo codex Theodosianus per consultissimum Sichardum, ita nunc sub tuo imperio istud ius Byzantinum reipub. literariæ & Christianæ per nos communicetur. Et vt florentissimo hoc seculo, quo magis quàm vllo vnquam antea, nec Augusti Antoninorũve æuo excepto, literæ & ingenia floruerunt, præsertim verò sub felicissimo imperio tuo, quò magis etiam quàm patrum ætate omnes artes & artium artes non tantum ad ἀκμὴν, sed iam summum cacumen peruenerunt; nec tantum ingeniorum summa facunditas, sed & librorum optimorum maxima & optatissima copia, singulari Dei benignitate mirificè succreuerit; tamẽ Germanorum hominum ante alios felici industria, literarum ornamentis maiorem in modum respublica est instructa (cui enim debetur Theophilus, Harmenopulus, eorum versiones, nouellæ Græcæ, editio Norica, codex Theodosianus, nouellæ Leonis, ecloga Basilicon, Nomocanonus, Byzantina historia; quàm Viglio, Sualenbergio, Curtio, Reyhio, Tannero, Haloandro, Sichardo, Agylæo, Leunclauio, VVolffio, Xylandro) ita magnis illis operibus hoc etiam maximum & absolutissimum nunc accedere, & sub augustissimi tui nominis auspiciis, mea opera & cura in auras optato prodire, id vero publici boni caussa ex animo lætor & seriò triumpho. Sunt enim in eo multa & elegantia opuscula, quorum plæraq; magnis sudoribus & periculis ex ipsa & penitissima Græcia, nec leui ære conquisita, improbo labore & maximis ærumnis de Grẽcis exemplaribus (quæ mirum in modũ plærumq; intricata, & per varia scripturæ compẽdia, nihilo priscis illis à Iustiniano prohibitis Siglis meliora, eaq; iam æuo exoletis, caducis ac fugientibus literis exarata, plurimum negocii etiã peritissimis exhibere solent) exscripta, summa industria & fide in Latinum sermonem transfusa, omniaque ad iustam perpetuamque temporum seriem disposita sunt. quæ optimus ille & eruditissimus vir, gente pariter & nominis fama nobilis, inter varias peregrinationes suas, à multis annis magnóque studio adornauerat, vt tandem tot tantisque suis operibus, quorum & numero & accuratione omnes nostræ ætatis scriptores longè superauit (quis enim vel ociosus & huic vni rei operatus tanta ederet, quanta ille in diuersis principum aulis, legationibus, negociis occupatus, quæ vulgò in manibus sunt, versio Nazianzeni, Nysseni, Xenophontis, Zosimi, Glycæ, Manassis, legationis Manuelis, eclogæ Basilicorum paratitlorum, Apomasaris; Pandectæ Turcicæ, Musulmana historia, alia) hoc tandem ceu caput & colophonem imponeret. Quem equidem tam indefessi Reipub. impensi laboris fructum ei viuo percipere licuisse, & longiorem adeo vitam concessam ex animo optarem, idque mecum multi alii & boni magno mercentur amici. Haberemus enim iam, haberemus præter superiora illa, eius operâ Constantini etiam Porphyrogennetæ Imp. ad Romanum filium de ratione gubernandi, deq; secretis vicinorum Imperio Barbarorum illum librum, quẽ Iohannes Baptista Egnatius, scribit * se in bibliotheca sua tanquam thesaurum seruare, de ipso Egnatiano codice exscriptum. Haberemus Prætoris Græciæ anonymi historiam, à Theodoro Lascari Nicæno Imp. ad paulò superiores annos deductam, varias res illorum regionum continentem. Haberemus & Laonici Chalcocandelis Athenienſis historiam Turcograecam, cum supplemento ad nostra vsque tempora, tam Græcè quàm de nouo Latinè versam. Haberemus Glycæ Annales Græcos. Haberemus denique meditatum diu & affectum ab eo opus historiæ de Imperio orientali, ad Sigonianæ historiæ Occidentalis imitationem factum, & à Constantino M. Byzantii instauratore ad Turcorum vsque immigrationem, ex omnibus fidis scriptoribus accuratissime collectum. Quorum omnium edendorum illi consilium, nobis editorum fructum inuida mors abrupit: nec satis scio, quam certam de illis saltem ex parte recuperandis spem conceperim. plagas certè in id dispositas habeo. Bene autem saltem hoc cecidit,

** in Constantino illo Leonis F.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA

quòd à nobis hinc discedēs, & in expeditionem tuam Pannonicam cum generoso magnanimoque Barone Carolo Zerotinio tendens, meminens (quod ille monet) morē sibi in procinctu habendam (quam etiam sibi instare non obscurè præsagiebat, & verò libenti animo post tot studiorum labores spiritum se vel in acie patriæ impendere velle testabatur) hunc suum fœtū, quem orbus aliàs propè ad veræ sobolis instar tenerè diligebat & ex omnib⁹ rebus carissimum habebat, per arctissimā illam mecum amicitiam ita mihi commendauit, vt siue se absente, siue ipsi aliquid humanitus contigisset, certè prima quaq; occasione, mea curâ & vel si opus esset impensa, in publicū idq; omninò cum Augustissimi tui nominis proscriptione prodiret. Quod quidē ius, etsi in alieni auctoris opere, tamen de liberali ipsius domini voluntate, fatoq; eius ita ferente, optimo iure permissum nobis arbitramur; quando & id ob aliquā à nobis accessionē, quadam ex parte nostrum censeri potest. Nam suppressum hactenus & in tenebris iacens latensq; nostro indicio amicis primū innotuit, & hinc doctis passim mirificè expetitū, & iamdudū prope cū conuicio à nobis efflagitatū formulis eleganter & castè garè nunc primum excusum publicatur; nec quibusdā modò fragmentis, quæ ille desiderabat, à nobis demū insertis auctius, sed & Chronologia huic pariter iuri, & simul etiā Germano-Romano (cuius etiā si Dominus vitam largiatur, parē compilationē ex editis manuq; scriptis literarū monimentis nostra opera erutam, & forte etiam huius Græci tertium aliquando tomū, cum perpetuis nostris in hæc omnia notis publico polliceri ausim) accommodata exornatum.

Habes occasionem, Cæsar inuictissime, qua ductus valideq; permotus regiū hoc iuris GræcoRomani opus M. T. humillimè offerre noniā voluerim, sed planè debuerim, eoq; magis etiā voluerim. Tibi enim soli, & præcipuè præ aliis non tantū mortalibus, sed & heroibus semideisq;, hæc talia ad ius pertinentia debentur, qui sanctissimo iustitiæ templo supremus antistes, imò ipse Νόμ☉ ἔμψυχ☉ * præsides, cuius stat arbitrio tota iuris disciplina, & quicquid est legū, Themidosq; Dicesq;. Cum enim cōstet te honestis omnibus studiis apprimè fauere, tū verò erga iurisprudentiā peculiariter te affici consentaneū est: quæ ad legitimam Reipub. administrationē à veteribus Imperatoribus præcessoribus tuis cōstituta, tota hodie tuo numine & auctoritate regitur. Nec nos aliud scire aut profiteri fas est, quàm quod tibi tuisq; maioribus placuit, cùm Cæsarei iuris studiosos nos profiteamur, cuius etiā publicè de primaria sede interpretandi in inclyta & principe hac academia Palatina prouinciā sustinemus. Hoc nostrū itaq; studium, Auguste Cæsar, tuū peculiariter fauorem promeretur. Iam autem veteris illius Romani in Oriente Imperii, cuius sedē victrix illa aquila tua altero capite prospectat, excisi quidē illius, non absq; suo merito (quis enim iudicia Domini coarguat?) sed tamen nullo iure à Barbaro possessi, qualiacunq; hæc ipsa & reliquiæ ad quē alium quàm te, ceu alterum illum Imperii collegā & deficientis legitimū successorem, iure quodam adcrescendi iustius perueniant? Ita enim sanè diuinæ prouidentiæ visum erat, vt bonæ disciplinæ & artium in illo imperio interitus, alteri huic nostro crescendi initium præberet. Nam quo tempore tota Italia & Germania omniq; Hesperia à septingentis ferè annis bona studia tetra barbarie oppressa & fœdata fuerant, hac demū occasione renasci vel excoli & reuiuiscere cœperunt; quod Græci augescente continuis successibus potentia Turcarum, immanitatē eorum pertimescentes, in Italiam secederent & Musis nouas sedes quærerent. Ita literæ simul vnà cum viris illis doctis solum verterunt, & maria cum alpibus transvolarunt; vbi paulatim felix omnis eruditæ literaturæ seculum exortum, lucis suæ fulgorem in vicina regna longè lateq; sparsit & diffudit. Inter hos exules Græcos primi fuerūt Emanuel Chrysoloras Byzantinus, Theodorus Gaza, Georgius Trapezuntius, Constantinus Lascaris, Matullus aliique homines nobilissimo genere, vtriusq; linguæ & totius philosophiæ doctissimi. Propemodum vt hac in re illud accidisse videri possit, quod de Iudæis & Græcis Apostolus dicit: Illorum defractione ac deminutione hos esse locupletatos & amplificatos. Ita occulto Dei iudicio simul & immenso in nos beneficio artium igniculi in Græcia extincti, in Latium traducti & transportati sunt. Quos etiam doctrinarum instrumēta sunt

Nouella cv. *Clemēs Alexand.* II. *Stromat.*

DEDICATORIA.

sunt insecuta, optimi omnis generis libri à Græcis hominibus maximo studio, vigiliis, impensis scripti, nostrorum illuc commeantium solertia & ære redemti & allati. Quod ipsum sanè bonæ fortunæ acceptum ferendum, & has literarum reliquias, vi, clàm, aut precatiò, preciove à barbaris seruatas & recollectas, cuiuis gazæ ex illo orbe petitæ, adeoq; vel mediocribus insulis ex hostico recuperatis præferendas, veri rerū æstimatores homines prudentes iudicant. Quò minus dubito M. T. sapientiæ dono diuinitus exornatam, omnisq; liberalis literaturæ & elegantiæ cultricem, optima hæc Ecclesiasticæ & Politicæ antiquitatis monimenta minime aspernaturam: sed à me, vt merito tuo suoq; erant offerenda, ita lubentissimè oblata, serena fronte propitioq; vultu accepturam. Veniunt enim, veniunt certè in M. T. manus, vt destinatione veri auctoris sui, ita pio & deuoto mei quoq; animi voto, atq; vtinam vel bono omine, vt hæc iuris Byzantini recuperatio (quod Iustiniani corporis olim Lothario fuit,) velut gradus quidam & spes sit regnorum ditionumque ab immanissimo illo nec nominando Christiani nominis hoste (cuius fatalem periodum instare iamdudum multi nec vanis coniecturis ominantur, * pii certè omnes optamus) recuperandarum & Imperii Christiani quantum saltem in fatis erit, in Oriente restituendi; tumq; iuris huius veteris, vt de illo Lotharius in Occidente fecit, in illo longè lateque proseminandi. In quo omine desino, & Deum opt. max. imperii tui auctorem, statorem & conseruatorem quotidianis votis apprecor, vt M. T. supremum & fulgentissimum imperii verticem, tum validissimas eius columnas & destinas, principes electores cæterosq; optimates & ordines omnes, totum denique populum suum, cælestium legionum præsidiis tueri; & hoc Imperium, Christianæ religionis bonarumq; artium nutriculam, ad filii sui æterni regis Messiæ aduentum conseruare; teq; non tantum terrorem hostium formidinemq;, sed & religiosissimum Iustitiæ præsidem, fidissimum ecclesiæ patronū, benignissimum patriæ patrem, secumq; ciuem cæli esse velit. Amen. Dat. XII. Kal. Septembr. Anno Iesu Christi clɔ Iɔ XCVI.

Leo Imp. in Vaticin. Anton. Torquem⁹, in Muſulmana. fol. 342. Columna ſerpentina Const.

N. M. Q. T. D.

MARQVARDVS FREHERVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD RVDOLPHVM II. ROMANORVM IMPERATOREM INVICTISSIMVM.

Ius atque leges ante alios ratas
Si cui decebit iure tuerier,
Certè Imperatori decebit.
Illius officium est opusque
Curare, ne quid dia Themis ferat
Oppressa damni, neu temerariis
Cuiquam per inconsulta vitæ
Crimina contemeretur ausis.
Quòd si Monarchas, queis erat ethnicæ
Opinionis religio nimis
Cordi, insitusque effascinatâ
Mente superstitionis error,
Ad publicorum commoda munerum
Induxit æqui calculus ac boni,
Vt lance non ferrent iniquâ
Judicii trutinata pensa:
Quanto supremis Principibus magis,
Qui Christianâ sunt pietate cor
Ardenter imbuti, studendum est,
Vt bene legitimêque cunctis
Fas administrent, seu locupletibus
Seu fors egenis; seu numerus suat
Maior minorve, aut dignitate
Clarior inferiorve sit quis.
Sic ordinatum est per sapientiâ
Pollentioris consilium DEI;
Vestrique maiores, RUDOLPHE
Cæsar, in hoc operam & laborem
Impéndere omnem gnaviter admodum
Præoccuparunt, ne quid in optimas
Delinqueretur turpe leges,
Fraus ve catis fieret Lycurgis.

Idem ardor est in te quoque, cui manus
Diuina summum contribuit locum,
Semperque mansurum tribunal
Justitia, gladiique rectum
Sceptrique gestum. Vestri oculi cluent
Iuris periti, quos penes arbitros
Est norma legum, est vera amussis,
Sunt redivivæ animæ Solonum.
En cerne sacras Relliquias, quibus
In colligendis nocteque luceque
Sollers LEONCLAVI *Minerva*
Per geminam celebris loquelam
Sudavit, Europæ atque Asiæ simul
Evolvere arctas prompta librarias.
Nunc ille defunctus quiescit
Curriculo rapidè absoluto,
Mercedis expers. Imminet ad scopum
Metamque Honoris passibus arduis
FREHERUS, *& Virtutis amplæ*
Calcat iter, sonipes ut acer
Eléa per certamina præmium
Capturus, inter magnanimos greges.
Tu summe Rex, summe Imperator,
Pectore utrique fave benigno.
Sic te secundet bella per horrida
Astræa felix. sic videat vetus
Byzantinum imponi receptum
Jura sibi nova, Thrace victo.
Nam tempus instat, auguror, hosticûm
Vt quinque demptas post capitum mitras
Columna CONSTANTINA *deinceps*
Cæsareas Aquilas adoret.

Paulus Melissus Francus, Comes sacri Pal. & Equ. civis Romanus.

TENOR

TENOR PRIVILEGII CÆSAREI.

RVDOLPHVS II diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus; ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex; Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & VVirtembergæ; Comes Tirolis, &c. adgnoscimus, ac notum facimus, vigore præsentium, vniuersis: quod quum nobis humiliter exponendum curarit noster, & sacri Imperii fidelis dilectus, IOANNES LEVVENKLAVV, lucubrationes se quasdam præ manibus habere, in quibus a multis iam annis elaborarit, vt eas tamdem aliquando in lucem rei litterariæ bono edat, quarum inscriptio nimirum hæc sit: Iuris Græco-Romani tomi duo, e libris manuscriptis: Constantini Porphyrogennetæ Augusti, Leonis Imperatoris filii, liber ad Romanum filium de ratione gubernandi, deque secretis vicinorum imperio Romano barbarorum: Historia Turco-Græca Prætoris Græciæ, & Laonici Chalcocandilis Athenienſis, cum supplemento ad hæc vsque tempora, tam Græce, quam Latine: Xenophontis historiarum libri XXII, cum politicis, & aliis libris, Græcè & Latine, recogniti: Michaëlis Glycæ Annales Græco-Latini: Lázari Suendii, Baronis in Alta Landisperga, discursus bellici: Historiæ Musulmannæ Turcorum tomi duo, cum Annalibus, & Pandecte rerum Turcicarum, recognitis: vereri autem, ne ab aliis eæ lucri caussa, sibi ac typographo, cui dabit sollerter excudendas, in fraudem, quod fieri solet, imprimantur ac distrahantur; hacque ratione laboris ipse atque industriæ suæ, typographus expensarum fructu destituatur ac defraudetur: nos existimantes, non minus vtilitatis, quam voluptatis, eiusmodi lucubrationes lectoribus adlaturas esse, benigne ipsi Ioanni Levvenklavv, quod humiliter nos rogauit, priuilegio nostro aduersus omnem fraudem consultum cupimus; ac scienter, animoque bene deliberato, pro auctoritate nostra Cesarea, serio decreuimus, ediximus, ac statuimus; quemadmodum præsentium vigore decernimus, edicimus, ac statuimus; ne quisquam typographorum, bibliopolarum, aut aliorum, qui siue imprimendis, siue vendendis libris, quacumque ratione negotiationem exercent librariam, intra decem annos, a prima editionis die numerandos, lucubrationes illas supradictas, siue opera, dicto Ioanne Levvenklavv inscio aut inuito, typis seu quocumque alio modo, aut charactere imitetur, exprimat, vel in publicum edat; neve ab aliis edita, vel expressa, vel aliunde adlata, intra sacri Romani imperii fines vendat ac distrahat, aperte vel occulte. Si quis autem præsens edictum nostrũ transgredi, aut violare, & opera prædicta excudere, & in fraudem prænominati Ioannis Levvenklavv edere aut vendere ausus fuerit; eum non solum eiusmodi libri exemplaribus, tamquam quæ in commissum ceciderint, memorato Ioanni Levvenklavv, eiusque heredibus, vel mandatum ab iis habentibus, ope magistratus eius loci, vbi deprehensa fuerint, vindicandis, priuari; verumetiam multa decem marcarum auri puri, fisco nostro imperiali, fraudum vindici, ac parti læsæ exæquo soluenda & pendenda, puniri volumus: ea tamen lege, ne quid ea opera orthodoxæ catholicæ religioni contrarium habeant, & vt tria cuiusque operis aut libri exemplaria, vbi excusa fuerint, ad imperialem nostram cancellariam transmittantur. quod si negligatur, hac nostra gratia & priuilegio ipse, ipsiusque heredes, excidisse censeantur. Mandamus proinde vniuersis & singulis nostris, & sacri Romani imperii subditis ac fidelibus dilectis, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis exstiterint, præsertim vero iis, qui in magistratu constituti sunt, ac vel suo, vel superiorum suorum loco ac nomine iuris vel iusticiæ administrationem exercent, ne quemquam hoc priuilegium, seu interdictum nostrum, impune violare, spernere, aut negligere patiantur: sed si quos contumaces compererint, præscripta pœna plecti, & quibuscumque recte fieri potest modis coerceri curent, quatenus & ipsi grauissimam indignationem nostram euitare voluerint. Id quod testamur præsentibus litteris, manu propria subscriptis, & Cæsarei sigilli nostri impressione munitis. Datum in arce nostra regia Pragæ, die decima quinta mensis Martii, anno domini millesimo, quingentesimo, nonagesimo tertio: regnorum nostrorum, Romani decimo octauo, Hungarici vigesimo primo, & Bohemici itidem decimo octauo.

Rudolphus.

Iacobus Curtius à Senfftenau.

Ad mandatum sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium.

Ioan. Barvitius D.

Universidad de Deusto
Bibliot

IVRIS GRAECO-ROMANI

Tomus primus,

SIVE

IVS CANONICVM GRÆCORVM,

Quo hæc continentur:

I, CONSTANTINI HARMENOPVLI, nomophylacis & iudicis Theſſalonicenſis, epitome Iuris Canonici Græcorum.

II, NOVELLARVM AVGVSTALIVM, de rebus Eccleſiaſticis, liber vnus. Habet nouellas Imp. Iuſtiniani, Heraclii, Baſilii Macedonis, Leonis Philoſophi, Leonis & Alexandri, Conſtantini Porphyrogennetæ, Nicephori Phocæ, Baſilii Porphyrogennetæ, Iſaacii Comneni, Nicephori Botaniatæ, Alexii Comneni, Calo-Iohannis, Manuelis Comneni, Alexii Comneni II. Iſaacii Angeli, Ioh. Ducæ Batatzis, &c.

III, IV, DECRETORVM SYNHODALIVM libri duo. Continent ſententias ſynhodales & ſanctiones Pontificias archiepiſcoporum & patriarcharum Conſtantinopoleos, Chryſoſtomi, Gennadii, Taraſii, Nicephori, Siſinnii, Sergii, Alexii, Michaelis, Conſtantini Chliareni, Nicolai Grammatici, Nicolai Mazalonis, Arſenii, Lucæ, Michaëlis Anchiali, Theodoſii, Germani, Manuelis, incertorum deniq; patriarcharum. *Quarum liber primus antea ab Enimundo Boneſidio editus, nunc multo & correctior & auctior, eius deniq; verſio locis innumeris recenſita: ſecundus vero plane nouus prodit.*

V, VI, RESPONSORVM libri duo. Continent reſponſa, epiſtolas, & ſententias aliorum Epiſcoporum, ſanctorumque patrum. *Quorum primus itidem auctior correctiorque, quam ante a Boneſidio ſecundus planè nouus prodit.*

VII, THEODORI BALSAMONIS, patriarchæ Antiocheni, meditata ſiue reſponſa.

VIII, MATHÆI MONACHI quæſtiones & cauſſæ matrimoniales.

IX, IVSTINIANI Imp. Edictum de fide Orthodoxa. *Græcè nunc primùm editum.*

X, CONSTANTINI HARMENOPVLI de ſectis, & veræ fidei confeſſione, liber vnus.

CHRONO-

CHRONOLOGIA

IMPERII VTRIVSQVE, ORIENTIS ET OCCIDENTIS, SIVE GRÆCORVM ET GERMANORVM; ET IVRIS TAM CANONICI QVAM Ciuilis in vtroque conditi: ab exceſſu IVSTINIANI AVG. IMP. (in quo FREYMONIVS, CONTIVS, GIFANIVS, aliique deſinunt) vsq; ad excidium vrbis CONSTANTINOPOLIS, & imperii Orientalis finem: ad Iuris pariter & Hiſtoriarum cognitionem apprime vtilis;

MARQVARDI FREHERI IC. OPERA.

	ORIENS.	OCCIDENS.
564		RANCORVM Rex CLOTHARIVS obit, relictis filiis Heriberto, Guntramo, Sigeberto, Chilperico: qui regnum inter ſe diuiſerunt. Greg. Turon. Aymoin. Trithem. ex Humbaldo. Meminit Francorum & Agathias.
566	IVSTINVS II Iuſtiniani ex ſorore nepos, XIX poſt Conſtantinum M. Orientis Imperator, regnauit annis XII. Euagr. Marcellin. Comes, qui in hoc deſinunt. Corippus Africanus Grammaticus ſcripſit ei panegyricum Carmen. Nouellæ eius quædam extant, poſt Nouellas Iuſtiniani.	
568	Fl. Longinus patricius, Narſe mortuo, a Iuſtino Imp. miſſus, reliquum Italiæ, quod Longobardi non occupauerant, Imperatoris Conſtantinop. nomine, Exarchatus titulo obtinet, ſede præſidatus ſui Rauennæ conſtituta. Exarchatus hic a Longino ad Eutychum durauit annos CLXXV. Carol. Sigonius de regno Italiæ, hinc incipit.	Longobardi, duce ALBOINO, Andoini filio, Italiam inuadunt: vbi pulſis præſidiis Imperatoris Orientis, regno ſuo inſtituto, Italiam omnem, præter Romam, ſub ditione ſua annos CCVI retinuerunt. Paul. Diacon. II. Longobard. & XVI Miſcell. in fi. Greg. Turon. Aymoin.
569	*Iohannes* IV *Epiſcopus Alexandrinus* 44.	LEVVIGILDVS rex VVIſigothorum in Hiſpania, leges ab Eurico Rege prius cœptas, recognouit, correxit, & auxit. Extant excuſæ Pariſ. 1579.
570	*Gregorius Monachus, Epiſcopus Antiochenus* 63. Iulianus, anteceſſor Conſtantinop. hoc tempore viuit: cuius extat verſio Nouellarum Iuſtiniani, dictatum de tutoribus, & alia.	
571		CLEPHIS II rex Longobardorum.
575		*Benedictus Bonoſus, Epiſcopus Romæ veteris* 63. *Martin. Polon. Platina.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIENS.		OCCIDENS.
Eutychius Episcop. Const. restitutus.	576	
Tiberivs II Imp. regnauit an. 10s VI. Zonar. Cedren. P. Diac. XVII Miscell. Eius constitutio, De diuinis domib. post Nouellas Iustiniani.		
Eulogius, Episcopus Alexandrinus 45.	577	
Iohannis IV Episcop. Hierosolymorum 59.	578	
	579	*Pelagius II Romæ veteris Episcopus 64.*
Iohannes IV Ieiunator dictus, patriarcha Constantinop. qui postea OEcumenici titulum affectauit.	580	*Synodus Gradensis.*
Mavricivs Imp. Tiberii gener, regnauit annos XIX. Zonar. Cedren. P. Diac. Niceph. XVII. c. XXI. Theophylactus Simocatus huius gesta consignauit.	583	Fl. Avtaris, Clephis F. III. Longobardorum rex.
Fl. Smaragdus patricius V.C. II Italiæ Exarchus.	584	Garibaldus dux Boioariæ, quâ tunc a Regibus Francis in beneficium tenebat, Trithem. in Franc. & Boioar. Leges eius gentis de hoc tempore, extant in Originibus Germanicis.
Fl. Romanus patricius V.C. III Italiæ Exarchus.	587	
	588	Agilvlphvs IV rex Longobardorũ: Cuius vxor Theodelinda Garibaldi F. ad quã B. Gregorius Magnus quatuor libros Dialogorum scripsit. P. Diac. IV. Longobard. VIII. Trithem. & Andr. Ratisbon. in Boioaric.
Synodus Constantinopolitana.	589	*Gregorius Magnus LXV. Episc. Romæ. Beda. Hic primus, Seruum seruorum Dei, se nominauit, & Iohanni Constantinop. OEcumenici titulum derogauit. IV. Epist. LXXX. Pet. de Natalib. III. c. 192.*
	590	*Synodus Matisconensis tertia.*
Mauricius Theodosium filium creat Augustum die paschatis, 15 Aprilis. Imperauit cum patre annis XI. m. VII. Zonar. Cedr. Niceph. Diacon.	591	*Synodus Lugdunensis & Pictauensis.*
Anastasius Sinaita, Episcopus Antiochenus 62.	593	
Amos vel Heamus, Episcopus Hierosolymitanus 60.	594	
	595	*Synodus Toletana.*
Cyriacus Episcopus Constantinop. 32.	596	*Synodus Romana.*
Fl. Callinicus patricius V.C. IV Exarchus Italiæ.	598	
Anastasius II Episcopus Antiochenus 64.	599	
	600	*Synodus Metensis.*
Phocas Imp. occiso Mauricio cum tota domo, regnat annos octo. Zonar. Cedr. Glyc. Niceph. Diac. qui in hoc desinit. Beda II Angl. IV.	602	Garibaldo mortuo, Tassilo dux Boioariæ à Lothario rege Francorum constituitur. Trithem. Aymoin.
Fl. Smaragdus Exarchus iterum.		*Synodus Anglicana.*
Isaicus, vel Isicius, Episcopus Hierosol. 61.	604	*Sabinianus Episcopus Rom. 66.*
Theodosius Scribo, Episcopus Alexandrinus 46.	605	*Bonifacius tertius Papa Rom. 67. Hic primus in contentione de primatu cum patriarcha Constantinopolitano, obtinuit a Phoca Imp. vt sedes Romana esset caput Ecclesiarum. Autoribus Beda, P. Diacono. Freculpho, Adone, Aymoino, Frisingensi, M. Polono, Contracto, Viterbiensi. Synodus Romana.*

Thomas

ORIENS.		OCCIDENS.
	606	*Bonifacius IV Papa Romanus.*
Thomas Diaconus, Episcopus Constantinop. 34.	607	
Sergius Episcopus Constantinop. 35.	609	*Synodus Lucensis in Hispania.*
Iohannes V cognomento Eleemosynarius, Episcopus Alexandrinus 47.	610	*Synodus Romana, & Bracarensis in Hispania.*
Zacharias episcopus Hierosolym. 62.		
Fl. Heraclivs Imp. annis XXX. Zonar. Cedr. Glyc. P. Diac. Suidas. Huius constitutiones nonnullæ apud Bonefid. in iure Orientali, qui ab hoc incipit.	611	
Fl. Iohannes Lemigius V Exarchus Italiæ.	612	*Synodus Matisconensis.*
Heraclius Imp. Constantinum filium Cęsarem facit: qui cum eo regnauit annos 28.	613	*Deus-dedit Papa Romanus 69.*
	614	Fl. Adalvarivs Agiluphi F. V. Rex Longobard. regnauit annos X.
Fl. Eleutherus Imp. Cubicularius, VI Exarchus Italiæ.	616	
Isacius patricius VC. VII Exarchus Italiæ.	617	*Bonifacius V Papa Rom. 70.*
	619	
Georgius II episcopus Alexandrinus 48.	620	
Mahomet natus anno 560. fit dux Arabum, cuius posteritas mirificè crevit, donec totum tandem Orientis Imperium occuparet. Theophanes, Anastas. Bibliothecar. P. Diac. XVIII Miscell. Chronica Saracenica per Leuncl. Crantzhem. Drechsler.	622	*Honorius Papa Rom. 71.*
	631	*Synodus Toletana quarta.*
Mahomet moritur, & a sua secta deinceps pro Deo colitur.	632	
Pyrrhus XXXVI Episcopus Constantinopol.		
Ægyptum Saraceni occupant.	635	*Synodus Hispalensis.*
Hierosolymam post biennii obsidionem Saraceni, duce Homare, capiunt, sedemque regni ibi constituunt. *Hierosolymorum Episcoporum successio deinceps obscura.*	636	Fl. Rotharis Harodus, VII Rex Longobardorum. Hic mores & instituta Longobardorum in scriptum redegit, & Edictum vocavit: Cui sequentes deinceps Reges quædam addiderunt. Extant in Originibus Germanicis, & in quibusdam editionibus corporis iuris, post vsus Feudorum, cum glossis D. Caroli Cotti, Siculi, & Andreæ de Baculo, & Boërii.
Persia tota in Saracenorum potestatem venit.	637	*Synodus Toletana quinta.*
Synodus Hierosolymitana.		*Seuerinus Papa Rom. 72.*
Petrus episcopus Alexandrin. 50.	638	*Iohannes IV Papa Rom. 73.*
Constantinvs IV imperat sex menses, à Martina noverca veneno sublatus. Zonar. Cedren.	640	*Theodorus Papa Rom. 74.*
Heracleonas Imp. regnat menses XI. mox coactus abdicat cum matre Martina.	641	Arnulfus Arnoldi F. Antegisi N. Pipini auus, Caroli atauus, Episcopus Metensis.
Constans II Imp. regnat annos XXVII. Zonar. Cedr. Glyc.		

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRONOLOGIA.

ORIENS.		OCCIDENS.
Theodorus Calliopa patricius VIII Italiæ. Exarchus.	642	
Paulus II *Episcopus Constantinop. 37.*	643	
	645	Synodi in Africa tres contra Monothelitas.
	647	*Martinus Papa Rom. 75.*
		Synodus Toletana VII.
Cyprus insula a Saracenis occupatur	649	
Olympius patricius VC. IX Italiæ Exarchus.	650	*Synodus Hispanienſis, contra Monothelitas.*
Macarius Monothelita, episcopus Antiochenus 57.		
	651	FL. RODOALDVS, Rotharis F. VIII rex Longobardorum.
	652	*Synodus Romana, contra Monothelitas.*
Petrus patriarcha Constant. 38.	653	
Theodorus Calliopa patricius iterum Exarchus.		
Conſtans Imperator Heraclium Conſtãtinum V, Cæſarem facit.	654	*Eugenius Papa Rom. 76.*
Rhodus a Saracenis ſpoliatur	655	
Thomas ſecundus patriarcha Conſtantinop. 39.	656	ARIBERTVS Gondoaldi F. IX rex Longobardorum.
	657	*Synodus Toletana* VIII.
	658	*Vitalianus Papa Rom. 77.*
		Synodus Cabilonenſis in Gallia, & Toletana IX.
	659	*Synodus Toletana X.*
Hæreſis Charurgitarum.	660	
	664	*Synodus Britannica, de controuerſia Paſchalis.*
	666	GRIMOALDVS, Atichis F. ex Beneuentano duce XI Rex Longobardorum. Hic addidit quædam legibus Longobardicis a Rhothari latis. Paul. Diac. V Longobard. c. 33.
CONSTANTINVS V Pogonatus Imperator regnat annos XVI. Cedren. Zonar. Glyc. Diac. Eius nouellæ apud Bonefid. & Leuncl.	669	
	672	*A-Deo-datus Papa Rom. 78.*
	673	*Synodus Herudfordiana in Anglia.*
	674	*Synodus Toletana* XI. *& Bracarenſis* III.
Iohannes Epiſcopus Conſtantinop. 40.	675	PERTARITVS Ariberti F. XIII rex Longobardorum.
	676	*Domus Papa Rom. 79.*
Conſtantinus Epiſc. Conſtantinop. 41.	678	
	679	*Agatho Papa Rom. 80.*
		Synodus Azuniſordiana in Britannia.
Theodorus Epiſcopus Conſtant. 42.	680	*Synodus Romana, & Hedilfeldenſis in Britannia.*
Synodus OEcumenica VI *Conſtantinopolitana* III *contra Monothelitas.*	681	*Synodus Toletana* XII.
Theophanes, epiſcopus Antiochenus 68.		
Georgius Epiſcopus Conſt. 43.	682	*Leo* II *Papa Rom. 81.*
	683	*Synodus Toletana* XIII.
Conſtantinus Imp. Iuſtinianum II filium ſuum Cæſarem facit.	684	*Benedictus* II *Papa Rom. 82.*

IVSTINIANVS

CHRONOLOGIA.

ORIENS.		OCCIDENS.
	685	*Iohannes* V *Papa Rom. 83.*
		Synodus Gallicana.
IVSTINIANVS II Imp. regnat annos X. Zonar. Cedr. Glyc. Diac. Suid.	686	*Cuno Papa Rom. 84.*
Sexta Synodus Conſtantinopoli continuata.		
Alexander II *epiſcopus Antiochenus* 69.		
Paulus III *patriarcha Conſtãtinop* 44.	687	*Sergius Papa Rom. 85.*
Iohannes Platina patricius X Italiæ Exarchus.		
	690	*Toletana ſynodus* XIV, XV, XVI.
	693	CHVNIBERTVS Perthariti F. XIV rex Longobardorum.
Callinicus patriarcha Conſtãtinop. 45.	694	
Iuſtinianus Imp. coactus imperium abdicat.	696	
LEONTIVS per tyrannidem imperium occupat, quod tenuit annos III. Zonar. Cedr. Diac.		
	697	*Synodus Niddenſis in Anglia.*
Leonti⁹ cogitur imperio ſe abdicare, quod TIBERIVS APSIMARVS occupat, qui id tenuit annos circiter VII. Zonar. Diac. Glyc.	699	
	700	*Synodus Aquilegienſis.*
	701	*Iohannes* VI *Papa Rom. 86.*
Theophylactus patricius XI Italiæ Exarchus.	702	
Mortuo Alexandro II *epiſcopo Antiocheno, ſedes ea ſine epiſcopo fuit annis* XL *Saracenis comitia prohibentibus.*	704	*Synodus Anglica.*
	705	LVITBERTVS XV, & filius eius RAGVMBERTVS XVI rex Longobardorum.
		Iohannes VII *Papa Rom. 87.*
Apſimaro abdicante & occiſo Iuſtinianus II. Rhinotmetus dictus, Cherſona ab exilio rediens Imperiũ recipit	706	ARIBERTVS Iunior XVII rex Longobardorum.
Cyrus Epiſcopus Conſtantinop. 46.		
	707	*Siſinnius Papa Rom. 88.*
	708	*Conſtantinus Papa Rom. 89.*
Iohannes Tizocopus patricius XII Italiæ Exarchus.	710	
	711	*Synodus Londonienſis in Anglia, pro imaginibus.*
PHILIPPICVS BARDANES Imp. regnat annos II. Zonar. Diac. Glyc. Suid.	712	
Iohannes Patriarcha Conſtantinopolitan. 47.		
Synodus Conſtantinop. I. contra Imagines.	713	*Synodus Romana pro Imaginibus prima.*
	714	Carolus Martellus apud reges Francorum Major domus, ſive Comes Palatinus, præclare res agit, & fines regni latè profert. Aimoin. P. Diac. Regino. Schaffnaburg. Trithem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRONOLOGIA.

ORIENS.		OCCIDENS.
Basilius Anastasius Philippico abdicante Imp. regnat annum I.	715	
Germanus confessor patriarcha Constantinop. 48.		
Fl. Scholasticus patricius XIII Italiæ Exarchus.		
Theodosius IV Imp. Adramitenus dictus, regnat menses VII.	716	*Gregorius II Papa Rom. 90.* *Synodus Romana II pro Imaginibus.*
Leo III Iconomachus dictus regnat annos XXIV. Zonar. Cedr. Glyc. Suid. P. Diac. qui in hoc desinit, eumq; continuat Ludolphus sagax.	717	
	718	Ansprandvs XVIII, & filius eius Lvitprandvs XIX rex Longobardorum. Hic multa addidit legibus Longobardicis.
Leo Imp. Constantinum VI Copronymũ dictum, Cæsarem facit, qui cum eo regnat annos XXI.	720	*Synodus Germanica a S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino celebrata. Sigebert.*
	724	Theodericvs Dagoberti F. rex Francorum. Aymoin. Gagnin. Trithem.
Paulus Patricius XIV Italiæ Exarchus.	725	Beda venerabilis, anglo-saxo, vir doctiss.
Synodus Orientalis in Syria pro imaginibus, Iohannis Damasceni opera coacta.		
Eutychius patricius XV Italiæ Exarchus.	727	
Anastasius, abdicato Germano, Patriarcha Constantinop. 49.	730	
Synodus Constantinopolitana, contra imagines.		
	731	*Georgius III Papa Rom. 91.* *Synodus Romana pro imaginibus.*
	732	*Synodus Augustana a S. Bonifacio, qui primus Archiepiscopus Moguntinus fuit.*
Constantinvs VI Porphyrogenitus, Copronymus dictus, imp. annis XXXV. Zonar. Cedr. Niceph.	741	*Zacharias pp. Rom. 92.*
	742	*Synodus Romana, & Gallicana, sub Carolo manno.*
Cosmus patriarcha Alexandrinus.	743	Hildebrandvs XX & Rachis XXI rex Longobardorum.
Theophylactus patriarcha Antiochenus 71.	744	*Synodus Britannica, in Clonetho.*
	745	*Synodus Listinensis, in Gallia.*
	749	Aistvlphvs, XXII rex Longobardorum.
	750	Pipinvs Caroli Martelli F. auctoritate Zachariæ pontificis, ex maiore domus, fit Rex Francorum, Childerico rege in monasterium detruso. Annal. Franc. P. Diac. Regino. Sigebert. Schaffnaburg. Marian. Trithem. Meminerunt & Zonar. & Cedren.
Constantinus Imp. Leonem IV filium suum Cæsarem facit, qui cum eo regnat annos XXIV.	751	
Rauennâ ab Aistulpho, rege Longobardorum, captâ, Exarchatus Italiæ defecit.		
	752	*Stephanus II Papa Rom. 93.* *Stephanus III Papa Rom. 94.*

Constanti-

CHRONOLOGIA.

ORIENS.		OCCIDENS.
Constantinus II patriarcha Constantinop. 50.	754	
Synod. Constantinop. 338 Episcoporum, contra imagines.	755	
	756	Desiderivs XXIII Longobardorum rex.
	757	*Paulus Papa Rom. 95.*
Theodorus patriarcha Hierosolym.	759	
	765	*Synodus Aschemensis in Boioaria.*
	766	*Synodus Dingalosinensis in Germania.*
Nicetas patriarcha Constantinop. 51.	767	*Constantinus Papa Rom.*
Quis post Theodorum deinceps Antiochiæ episcopus fuerit, incertum.		*Synodus in villa Gentiliaco, apud Parisios*
	768	*Synodus VVormatiensis.*
		Stephanus IV Papa Rom. 96.
	769	Carolvs Magnvs, Pipini F. Rex Francorum, victor Saxonum, Danorum, Boioariorum, Hunnorum, Saracenorum. De quo, præter Annales Franc. & Chronographos superiores, Adamus Bremens. Helmold. Eginhard. Turpin. Crantz. poëta incertus, Acciaiol. Volaterran.
	770	*Synodus VVormatiensis II.*
	772	*Synodus VVormatiensis III.*
		Hadrianus Papa Rom. 97.
		Paulus VVarnefrid. diacon. Aquileg. historiographus.
	774	Desiderio rege, qui iam Romam infestabat, per Carolum Magnum capto, Longobardorum regnum in Italia peremptum, & Francorum regno adiectum est.
Leo IV *Imp. regnat annos* IV. Zonar. Cedren. Glyc. Ludolph.	775	
Leo Imp. Constantinum filium Cæsarem facit.	776	
	779	*Synodus Dunensis.*
	780	*Synodus ad fluuium Lippam, in Saxonia.*
Constantinvs VII Porphyrogenitus Imp. regnat cum Irena matre annos XVI. Zonar. Niceph. Cedr.		Passilo dux Bdioariæ, Trithem. Auentin.
Paulus IV Patriarcha Constantinop. 53.		*Flac. Alcuinus Theologus, Caroli Magni præceptor.*
	782	*Synodus Genuensis & Ratisbonensis.*
Tarasius patriarcha Constantinop. 53.	785	*Synodus Padebornensis in Saxonia.*
	786	*Synodus Anglicana.*
Synodus Nicena II pro adoratione imaginum facta: contra quam ex professo scripsit Carolus Magnus rex Francorum. Quod opus extat hoc titulo: Opus inlustrissimi & excellentissimi seu spectabilis viri Caroli, nutu Domini, regis Francorum, Galliæ, Germaniam Italiamq;, siue harum finitimas prouincias, Domino opitulante, regentis, contra Synodum, quæ in partibus Græciæ, pro adorandis imaginibus, stolide siue arroganter gesta est.	788	*Synodus Ingelheimensis.*
	789	
	791	*Academia Parisiensis fundata.*
	793	*Synodus Romana.*
	794	*Synodus Francfordiensis, contra hæresin Ecclicianam.*
	796	*Leo III Papa Rom. 98.*
Constantinus Imp. a matre Irena excæcatur, & coactus se abdicat, eaque sola Imperium Orientis tenet annos V.	797	*Synodus Aquisgranensis.*
Constantinus moritur	798	

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIENS.		OCCIDENS.
	801	CAROLVS dictus MAGNVS, ob egregia in Christianum nomen & rem Romanam merita, a S. P. Q. R. Imperator salutatur, & a Leone III Pontifice inunctus consecratur, imperat annos XIII. Annal. superior. Meminerunt & Zonar. Cedren. Manass. Hic populis sibi subjectis Francis, Saliis, Alemannis, Saxonibus, Anglis, Turingis, Burgundionibus, Ripuariis, Boioariis, &c. leges dedit, & quas prius habebant, reformauit. Extant in Originibus Germanicis, & mss. passim in Bibliothecis. Idem ritus & ceremonias Ecclesiæ reformavit. qui libellus editus per Laz.
NICEPHORVS a Genicis & STAVRACIVS Impp. imperant annos VIII. Zonar. Cedr. Glyc. Ludolph.	802	*Synodus Salzburgensis.*
Thomas patriarcha Hierosolymitanus.		
	803	*Synodus Hallensis.*
Nicephorus patriarcha Constantinop. 54.	806	
	809	*Synodus Aquisgranensis.*
MICHAEL Curopalates, & THEOPHYLACTVS Impp. anno. 1. Zonar. Curopalat. Scyllizes, qui ab hoc orditur.	811	*Synodus Triburiensis.*
	812	*Synodus ad villam Theodonis.*
LEO V Armenius Imp. regnat annos VII. Zonar. Cedr. Glyc. Ludolph. Sagax, qui in hoc desinit. Eius edictum de imaginibus tollendis apud Zonar. fol. 105. & Bonefid.	813	*Synodi Moguntina, Remensis, Tmouensis, Cabylonensis, Arelatensis.*
	814	LVDOVICVS PIVS, Caroli Magni F. Imp. & rex Francorum regnat annos XXVI. Annales superior. Theganus, Trithem. in Hirsauug. ab hoc incipit. Eius leges & capitula Carolinis addita, collecta per Ansegisum Abbatem Lobiensem: Item Reformatio abusuum Cleri, extant.
Iconomachus patriarcha Constantinop. 55.	815	
	816	*Stephanus V dictus IV Papa Rom. 99.* *Synodus Aquisgranensis.*
	817	*Paschalis Papa Rom. 100.*
MICHAEL Balbus Imp. regnat annos VIII. Zonar. Cedr. Glyc. Suid.	821	
Antonius Casimatus, patriarcha Constantinop. 56.	823	Lotharius Ludovici pii F. Romæ a papa Paschali coronatur Cæsar.
	824	*Synodus VVormatiensis, & Parisiensis de imaginibus.*
	827	*Valentinus Papa Rom. 102.*
	828	*Gregorius IV Papa Rom. 103.*
THEOPHILVS Imp. regnat annos XII. Zonar. Cedr. Glyc. Suid. Fra-	829	*Synodus Moguntina, & Aquisgranensis.*

gmentum

ORIENS.		OCCIDENS.
gmentum de eius nuptiis edidit M. Crus. post Heliodori Epitomen. Quam rem tangit & Glyc. p. 404. Quædam eius Constitutiones apud Bonefid.		
	830	*Synodus Aquisgranensis.*
Iohannes VI Syneosiotes, patriarcha Constantinop. 57.	834	*Synodus Moguntina.*
	835	*Synodus Gallicana.*
	837	*Synodus Aquisgranensis.*
	838	*Synodus Lugdunensis.*
	840	LOTHARIVS Imp. annos XV. Regino. Sigeb. Schaffnab. *Synodus Remensis, & Meldensis.*
MICHAEL III Porphyrogenitus Imp. regnat annos XXIII. Cedr. Zonar. Scylliz. Glyc. Niceph. in Chronolog. hic desinit.	842	
Methodius Homologeta, patriarcha Constantinop. 58.		
	844	*Sergius Papa Rom. 104.*
Ignatius Monachus, Michaelis Trauli Imp. F. Patriarcha Constantinop. 59. *Niceph. in Chronolog. qui hic desinit.*	847	*Leo IV Papa Rom. 105.*
	848	*Synodus Moguntina, sub Rabano Mauro Archiepiscopo.*
	850	*Synodus Romana.*
	855	LVDOVIGVS II Imp. regnat annos XIX. Regino. Sigeb. Frisingen. Trithem. Cedren. f. 475. eum Δουΐχον ῥῆγα Φραγγίας appellat. *Synodus Ticinensis.* *Benedictus III Papa Rom. 106.*
Photius Senator, exacto Ignatio, patriarcha Constantinop.	858	*Nicolaus Papa Rom. 107.*
Synodus Constantinopolitana.	863	*Synodus Romana in causa Ignatii patriarchæ Constantinop.*
Synodus alia Constantinop.	864	*Synodus Metensis, Aquisgranensis, & Romana.*
BASILIVS Macedo Imp. regnat annos XVIII. Zonar. Cedr. Glyc. Scylliz. Hic cum filiis suis Leone & Constantino edidit προχειρον νομικον, constans titulis LX. Extat id modò sub Leonis Imp. modò Leonis & Cõstantini, modò Basilii, Leonis, & Constantini nomine, & cum diuersis præfationibus, in Bibliotheca Pal. & in hoc iure Græco-Rom. Tomo II. Quod excerpsit Harmenopulus, & maximam partem in suum προχειρον (ut ipse in præfatione scribit) redegit. Extant & eius Novellæ apud Bonefid. & Leunclau. Denique Basilii Paræneses ad Leonem F. excusæ Græcè & Latinè Paris. 84.	865	*Synodus Romana, & Francica.*
	867	*Hadrianus II Papa Rom. 108.* Bruno dux Saxoniæ conditor Brunsuigæ, postea a Nortmannis cæsus.
	868	*Synodus Romana, in causa Photii & Ignatii patriarcharum Constantinop.*
Synodus Constantinopolitana IV. in qua, Photio abdicare coacto, Ignatius ante exactus restituitur.	869	

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIENS.

Synodo alia Constantinop coacta, mortuo Ignatio Photius patriarcha restituitur. Hic Photius composuit illam legum & Canonum collationem, quæ extat. Nomocanoni titulo, cum Commentariis Theodori Balsamonis, Latine. interprete Agylæo, & Gent. Herueto.

Theophylactus Bulgariæ Archiepiscopus, qui in sacra commentatus est.

Stephanus Basilii Imp. F. patriarcha Constantinop. 60.

LEO VI Philosophus Imp. annos XXII. Zonar. Cedr. Glyc. Scylliz. & Niceph. Callist. in histor. Ecclesiast. hic desinens. Meminit eius & Luitprand. Princeps iuris & totius philosophiæ scientissimus, quod testantur eius opera. Edidit non tantum Nouellas, quæ extant Græcè & Latinè, interprete Agylæo, & earum Epitome in Biblioth. Pal. & Epitomas iuris, opus meris definitionibus & regulis constans, satis elegans, in ead. Biblioth. Sed etiam magnum illud opus βασιλικῶν, ἑξηκοντάβιβλον nuncupatum. Cuiac. VI. Obseruat. IX. Præterea libros τακτικῶν, de apparatu & disciplina bellica; qui extant Latinè, interprete Checo, & Italicè, Pigæfetta. Tum librum de Aucupio, ad Niceph. Imp. in Biblioth. Ant Augustini, nu. 228. Denique oracula & vaticinia varia de Roma & Constantinop. in Biblioth. Pal. Plura eius opuscula Theologica & historica enumerantur in Biblioth. Constantinop.

Antonius II Cauleas, patriarcha Constantinop.

OCCIDENS.

871 *Synodus Colonienſis.*

872 *Iohannes VIII Papa Rom. 109.*

875 CAROLVS II Caluus Imp. regnat annos II. Regino. Schaffnab. Marian. Contract.

876 Synodus Vermerienſis, & apud Aciniahum in Gallia.

877 Synodus Pontigonenſis in Gallia.
LVDOVICVS III Balbus Imp. regnat ann. I.

878 Synodus Trecenſis.

879 CAROLVS III Craſſus Imp. annos VIII. Regino. Schaffnab. Vrſp.

880 Synodus Macrenſis.

882 *Martinus Papa Rom. 110.*

884 *Hadrianus III Papa Rom. III.*

885 *Stephanus VI dictus V Papa Rom. 112.*

886

887 *Synodus Colonienſis.*
ARNVLPHVS Imp. Carolo Craſſo depoſito regnat annos XII. Regin. qui in hoc deſinit. Sigebert. Marian. Luitprand. ab hoc incipit. Sepultus Ratiſponæ ad S. Emeranum.

888 *Synodus Moguntina.*

891 *Formoſus Papa Rom. 113.*

893

895 *Bonifacius VI Papa Rom. 114.*

896 *Stephanus VII dictus VI Papa Romanus 115.*
Synodus Triburienſis.

897 *Romanus Papa Rom. 116.*
Theodorus II Papa Rom. 117.

Nicolaus

ORIENS.

Nicolaus Myſticus, patriarcha Constantinop. 63.

Euthymius Syncellus, patriarcha Constantinop. 64.

ALEXANDER & CONSTANTINVS VIII, Porphyrogenitus Impp. ſimul annum I.

Nicolaus Myſticus, iterum patriarcha Constantinop.

CONSTANTINVS VIII, Porphyrogenitus Baſilii F. Imp. annos 53. Zonar. Cedren. Scylliz. Glyc. Eius Nouellæ per Leuncl. Eiuſdem eſt ἀνακάθαρσις τῶν βασιλικῶν, ſiue Baſilica repetitæ prælectionis. Cuiac. VI. Obſeruat. IX. Scripſit & alia opuſcula complura. Librum de Thematibus Orientis & Europæ, qui extat, interprete B. Vulcanio. Notitiam Imperii, ſiue de regno adminiſtrãdo ad Roman. F. cuius meminit Egnat. Eſtq; is codex Egnatianus in Biblioth. Pal. Item περὶ ταξειδίων βασιλικῶν, cuius meminit Sailer. Pancirol. VVolff. Item de militia. in Biblioth. Ant. Auguſtini.

Baſilicorum hanc ſecundam editionem ſubſecuta eſt interpretum Græcorum, qui in eam Commentarios & gloſſas ſcriberent, turba non minor quam Latinorum, ex quibus Stephanus, Nicæus, Thalelæus, Iſidorus, Euſtathius, Eudoxius, Calocyrus, Sextus, Calliſtratus, Leo, Phocas, Modeſtinus, Domninus, Gobidas, Chumnus, Iohannes, Hugiotheodoretus, Doxapater, Gregorius, Pazzus, Garidas, Beſtes, Baphius, Theophilus, Theophilitzes, Phobenus, Theodorus, Hermopolites, Demetrius Chartophylax, & alii; qui ſinguli quibus annis vixerint, liquidò ſciri nequit, & enumeratos ſufficit.

ROMANVS Lecapenus, Conſtantini Imperatoris ſocer & filius eius CHRISTOPHORVS Impp. appellati regnarunt annos 26. Zonar. Cedre. Scylliz. Glyc. Luitprant. Eius Nouellæ per Leuncl.

Stephanus II Patriarcha Conſt. 65.

Stephanus & Conſtantinus Romani F. Cæſares appellati.

Tripho patriarcha Constantinop. 66.

OCCIDENS.

Iohannes IX Papa Rom. 118.

899 LVDOVICVS IV Arnulphi F. vltimus Carolinæ ſtirpis, Imp. regnat annos XII.
Benedictus IV Papa Rom. 119.

901

903 *Leo V Papa Rom. 120.*
Chriſtophorus Papa Rom. 121.

904 *Sergius III Papa Rom. 122.*

905 *Synodi Remenſes duæ.*

908

909

910 *Anaſtaſius III Papa Rom. 123.*

912 CVNRADVS Francus Cæſ. regnauit annos 7. Sigeb. Contract. Friſing. Schaff. Luitprand. Huius leges quædam Francicis additæ fol. 344. Sepultus Fuldæ. Trithem.

913 *Lando Papa Rom. 124.*

914 *Iohannes X Papa Rom. 125.*

916 *Synodus Altheimenſis.*

919 HENRICVS Auceps Imp. regnat annos 17. Friſing. Sifrid. Vtſperg. Luitprand. Viterbien. Ditmar. qui ab hoc orditur. Hic inſtituit ritus agonales Torneamentorum. vide Turnierbuch.

921 *Synodus Dingelſingenſis in Boioaria.*

922 Rodulfus Burgundus rex Italiæ.

924 *S. Vdalricus Comes Dilling. Epiſcopus Aug. Videl. Eius vita per Betzonem & alios.*

925

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIENS.		OCCIDENS.
	926	Hugo Rex Italiæ.
	927	*Concilium Duisbergense.*
	928	*Leo* VI *Papa Rom.* 126.
		Stephanus VIII *dictus* VII *Papa Rom.* 127.
	930	*Iohannes* XI *Papa Rom.* 128.
Theophylactus Romani Imp. F. patriarcha Constantinop. 67.	931	
	935	*Leo* VII *Papa Rom.* 129.
		Concilium Erfordiense.
	936	OTHO Magnus Imper. regnat annos 36. Helmold. Trithem. VVitichind. Luitprand. Panegyricus Rosuitæ, P. Langii Chron. Cilicienſe ab hoc incipit. Huius leges quædam post Salicas fol. 340. Sepultus Magdeburgi.
	939	*Stephanus* IX *dictus* VIII *Papa Rom.* 130.
	942	*Marinus* II *Papa Rom.* 131.
		Synodus Bonnenſis, in diœceſi Colonienſ.
	946	*Agapetus* II *Papa Rom.* 132.
Romanus Lecapenus Imp. coactus abdicat, Zonar.	947	Henricus ſuperbus pater Othonis Imp. factus Dux Bauariæ.
Stephanus & Conſtantinus eius filii coguntur abdicare.	948	*Synodus Ingelheimenſis.*
	951	*Concilium Auguſtanum.*
Polyeuchus eunuchus, Patriarcha Conſtantinop. 68.	954	
	956	*Iohannes* XII *Papa Rom.* 133.
	957	*Synodus Rauennas.*
	958	*Concilium Ingelheimenſe.*
FL. ROMANVS III Porphyrogenitus Imp. annos II. Cedren. Zonar. Scylliz. Luitpr. Eius Nouellæ per Leuncl.	962	
	963	*Leo* VIII *Papa Rom.* 134.
		Synodus Romana ſub Othone Imp.
NICEPHORVS II Phocas Imp. annos VI. Zonar. Cedren. Scylliz. Glyc. Eius nouellæ apud Bonefid. & Leuncl. Extat & eius liber στρατηγικὸν, ſiue de re militari, mſ. in Biblioth. Palat.	964	*Concilia Romana duo.*
Synodus Conſtantinopolitana.	965	*Iohannes* XIII *Papa Rom.* 135.
		Albertus rex Italiæ contra Othonem Imper. Triennio poſt ab eo victus.
	967	*Synodus Romana.*
FL. IOHANNES ZIMISCES Imp. annos VI. Zonar. Cedren. &c.	970	
Baſilius Scamădrenus patriarcha Conſtantinop. 69.	971	
Ἐπὶ μὲν τῶν χρηματικῶν ὑποθέσεων, ἐὰν ἀποδημῶσιν οἱ μάρτυρες εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, δέχεται ὁ δικαστὴς ἢ ὁ βασιλικὸς τοῦ τόπου, καὶ ἐρωτᾷ τούτους, καὶ ἀποστέλλει τὰς μαρτυρίας αὐτῶν ἐγγράφως πρὸς τὸν τὴν δίκην δικάζοντα δικαστήν· ἐπὶ δὲ τῶν ἐγκληματικῶν, δεῖ τοὺς μάρτυρας παρ' αὐτῷ τῷ δικάζοντι τὴν ὑπόθεσιν δικαστῇ τὴν οἰκείαν παρασχεῖν μαρτυρίαν.

ΤΊΤΛΟΣ ΙΖ.

ΠΕΡΙ ἈΠΟΔΕΊΞΕΩΝ, ΚΑΙ ΠΡΟΛΉΨΕΩΝ, καὶ δικαιωμάτων, καὶ διαβολῆς αὐτῶν.

ζήτει βιβλίον τῶν Βασιλικῶν κβ.

Ὁ Σάκις ζητεῖται, ποῖον ἔχει τὶς γένος, αὐτὸς ἀποδείκνυσι.

Ὁ λέγων, οὐ μὴν ὁ ἀρνούμενος, δεικνύει.

Ὁ τῇ προλήψει ἐλεγχόμενος, ἐκεῖνος ἀποδείκνυσιν.

Ὁ υἱὸς λέγων ἑαυτὸν αὐτεξούσιον, δεικνύει· εἰ ὁ ἀναφωνῶν εἰς ἐλευθερίαν.

Ἡ ἀπογραφὴ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ πάππου συμβάλλεται τῷ παιδί.

Ὁ ἐναγόμενος ἐν ταῖς παραγραφαῖς ἐνάγων ἐστὶ, καὶ βαρεῖται ταῖς ἀποδείξεσιν. οἷον, ὅταν ὁμολογῇ τὶς χρεωστεῖν ἐγγράφως, καὶ λέγῃ ἀποπληρῶσαι τὸ χρέος. τότε γὰρ παραγράφεται λέγων, Ναὶ χρεωστῶ, ἀλλ' ἐξεπλήρωσα· καὶ βαρεῖται δεικνύειν τὴν παραγραφήν.

Οὐκ

Οὐκ ἀπὸ ἰσοτύπων ἢ ἰδικῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν αὐθεντικῶν ὁ δημόσιος ἐνάγει.

Ἐὰν ὁ τὴν περὶ πράγματος ἀγωγὴν κινῶν, μὴ ἀποδείξῃ ἑαυτὸν δεσπότην, πάντως ὁ ἐναγόμενος νικᾷ, μηδὲν αὐτὸς ἀποδεικνύων.

Τὰς παραγραφὰς χρὴ μὲν ἀντιτίθεσθαι ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς δίκης, ἐξετάζεσθαι δὲ μετὰ τὰς τοῦ ἐνάγοντος ἀποδείξεις.

Ἡ τῶν συμβολαίων ἀπώλεια οὐκ ἀναιρεῖ τὰς ἀγωγὰς, ἐὰν δυνατόν ἐστιν ἑτέρως ἀποδειχθῆναι τὸ ἀληθές.

Ἐν τοῖς συναλλάγμασιν ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια σκοπείσθω μᾶλλον, ἢ τὸ ἔγγραφον.

Ὁσάκις τὶς τὸ παρ' αὐτοῦ πραχθὲν γράψει παρ' ἄλλου γεγονέναι, τῇ ἀληθείᾳ προσέχομεν, οὐ τοῖς πλαστῶς ἐγγεγραμμένοις.

ΤΊΤΛΟΣ ΙΗ.

ΠΕΡΙ ὅΡΚΟΥ ὁΜΟΤΕ΄ΟΥ, ΕἴΤΕ προαιρετικοῦ, τουτέστιν ἐπακτοῦ, εἴτε δικαστικοῦ. καὶ περὶ τοῦ ἐνδίκου ὅρκου.

ζήτει βιβλίον τῶν Βασιλικῶν κβ.

Ὅρκος ἐπιφερόμενος ἢ παρὰ τοῦ ἀντιδίκου, ἢ παρὰ τοῦ δικαστοῦ, τέμνει τὴν ἀμφισβήτησιν. ἔοικε γὰρ διαλύσει. καὶ μείζων ἐστὶ ψήφου.

Ὁ μηδενὸς ἐπάγοντος ὀμνὺς, οὐδὲν ὠφελεῖται.

Ἐφ' οἱαδήποτε ἀγωγῇ ὀμνύς τις, ἐλευθεροῦται.

Ὁ ἐπὶ χρήμασι κατὰ βασιλέως ὀμόσας, καὶ ἐπιορκήσας, τυχὸν ὅτι οὐ χρεωστεῖ, ἢ καὶ χρεωστεῖται, εἰ ὅτι δίδωσιν εἴσω προθεσμίας, ῥοπαλίζεται.

Ἐπὶ τῶν δημοτικῶν εἷς ὁρκῶν ἢ ἐνάγων ἀσυμπαίκτως, ἀποκλείει . . . . .

* εἰ περὶ χρημ.

Καὶ * ἐπὶ χρημάτων, καὶ πραγμάτων, εἰ ἔργων ἔξεστιν ἐπάγειν εἰ ἀντεπάγειν.

Ἐκεῖνος δύναται ἀντεπάγειν τῷ ἀντιδίκῳ, ὁ ἔχων τὸν τέλειον ὅρκον, οὐ μὴν ὁ ἔχων τὸν τῆς συκοφαντίας. ἀντεπακτὸς γὰρ ἀντεπακτοῦ οὐκ ἔστιν.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

* ὁ ἐπαγόμενος

Οἷον, ὤμοσεν * ὁ ἀναγόμενος. ἀντεπάγει γοῦν ὁ πρῶτος ὀμόσαι. ἀλλ' οὐκ ἔστιν. ὁ γὰρ δεύτερος λύει τὴν ἀμφισβήτησιν.

Οὐδεὶς κατὰ Θεοῦ ὀμόσας, κινδυνεύει. ἱκανὸς γὰρ ὁ ὅρκος τιμωρὸν ἔχειν τὸ θεῖον. εἰ δὲ κατὰ βασιλέως κατά τινα θερμότητα ὤμοσέ τις, συγχωρεῖται.

Ἐπὶ τῶν καλῇ πίστει, καὶ τῶν ἄλλων ἀγωγῶν, δύναται ὁ δικαστὴς ἐν ἀπορίᾳ τῶν ἀποδείξεων ὅρκον ἐπάγειν.

Non ex instrumentorum exemplis, vel ex specialibus, sed ex authenticis agit fiscus.

Qui agit in rem, si dominum se non probauerit; omnino reus vincit, nihil ipse probans.

Exceptiones opponi quidem debent in exordio litis, sed examinari post actoris probationes.

Instrumentorum amissio non perimit actiones, si fieri potest, vt aliunde veritas probetur.

In contractibus rerum veritas potius spectetur, quam scriptura.

Quoties quis actum ab se, scripserit ab alio factum esse: veritatem respicimus, non falso scripta.

TITVLVS XVIII.

DE IVREIVRANDO, SIVE VOLVNTARIO, ID EST DELATO, siue iudiciali. Et de iureiurando, quod in litem præstatur.

Quære librum Basilicorum XXII.

IVsiurandum vel ab aduersario, vel a iudice delatum, controuersiam decidit. Nam similitudinem transactionis habet, & maius quiddam est, quam res iudicata.

Qui nemine deferente iurat, nihil inde habet adiumenti.

In quacumque quis actione iurauerit, liberatur.

Qui de pecuniis aduersus imperatorem iurauit, & peierauit, verbi gratia, quod nihil debeat, vel quod ei debeatur, vel quod ad diem soluat, fustibus cæditur.

In popularibus . . . . vel agens sine collusione, excludit . . . . .

Etiam de pecuniis, & rebus, & factis, licet deferre, ac referre.

Is aduersario referre potest, qui plenum iusiurandum habet, non qui habet iusiurandum de calumnia. Quippe iusiurandum relatum relati nullum est.

SCHOLIVM.

Verbi gratia, iurauit is, cui delatum fuit. Primus denuo iusiurandum refert. Sed locum id non habet. Nam iusiurandum secundum controuersiam soluit.

Nemo, qui per Deum iurauit, periclitatur. Satis enim est, id iuramentum vltorem habere numen ipsum. Sin per imperatorem calore quodam aliquis iurauit, veniam consequitur.

In bonæ fidei, atque aliis iudiciis, iudex in probationum inopia iuramentum deferre potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nemo alterius nomine litigans, aut paciscens, aut iuramentum deferens absque rerum illarum domini voluntate, præiudicium ei siue damnum adfert.

Quum quidam diceret, deberi sibi legatum in testamento relictum, nec testamentum proferret; delatum ei fuit ab herede iuramentum, & iurauit reuera sibi legatum illud relictum fuisse, idque consequutus est. Secundum hæc euidenter probatum est, nihil ei fuisse relictum. Dicit constitutio, debere hominem eo probato reddere, quod accepit, nec quidquam ex periurio suo lucrari. Et nota, quando iuramentum retractetur.

Iuramentum, quod in litem præstatur, huiusmodi est. Quum quis conuictus fuerit, per vim fecisse rapinam bonorum, vel impressionē in aliquam domum, vel furtum, vel damnum iniustum: tunc iurat aduersarius, tantum se damni accepisse ac perdidisse in ea, quæ ipsi acciderit, inuasione, vel vi, vel furto, vel improbo damno: idque ab aduersario in simplum accipit. Non tamen citra examē omnia, quæcumq; iuraucrit, accipit: sed cum taxatione. Definit enim ac statuit iudex de facultatibus actoris, & de loco, in quo damnum hoc accidit, & secundum hæc summam metitur, atque ita illum hortatur, vt iuret, se nō pauciora hisper didisse.

Titvlvs XIX.
DE REBVS CREDITIS, ET EARVM VINDICATIONE.

Quære librum Basilicorum XXIII.

DE diuersis contractibus hic tractans titulus, inscriptionē habet: De rebus creditis. Nam & res ipsa generalis est, & creditum dicitur, quod ex quocumque contractu vel caussa debetur.

Mutuo dat aliquis, non vt idem recipiat, sed eiusdem generis. puta, mutuo dat solidos, non vt illos ipsos recipiat, quos dedit: sed vt alios accipiat, qui tamen & ipsi sint solidi.

Differt mutuum a debito, quod debitum generale quiddam sit. Nam debitum est, quod ex mutuo debetur, & ex caussa legati, & quod ex pretio rei venditæ restat, & quod debetur ex condemnatione. Mutuum vero est, quod ex numeratione nummorum debetur.

Præsides prouinciarum, & coram domestici, prohibiti sunt negotiari, vel mutuum dare, vel fœnerari. Adparitores vero & mutuum dant, & fœnerantur. Præses mutuum accipere potest cum præstatione vsuræ.

Οὐδεὶς ὑπὲρ ἄλλου δικαζόμενος, ἢ συμφωνῶν, ἢ ὅρκον ἐπιφέρων ἄνευ γνώμης καὶ θεραπόντων πραγμάτων, πρόκριμα αὐτῷ, ἢ πι βλάβειν πιεῖ.

Λέγων τὶς χρεωστεῖσθαι λεγάτον ἐν διαθήκῃ καταλειφθὲν αὐτῷ, καὶ μὴ προφέρων τὴν διαθήκην, ὅρκον ἀπαιτήθη παρὰ τοῦ κληρονόμου, καὶ ἐπωμόσατο τῇ ἀληθείᾳ καταλελεῖφθαι αὐτῷ τὸ λεγάτον, καὶ ἔλαβεν αὐτό. μετὰ ταῦτα ἀπεδείχθη προφανῶς, μηδὲν αὐτῷ καταλελεῖφθαι. ἡ διάταξις λέγει, τοῦτο δεικνυμένου αὐτὸν ἀποφέρειν ἃ ἔλαβε, καὶ μηδὲν ὀφελεῖν τῆς ἰδίας ἐπιορκίας κερδαίνειν. καὶ σημείωσαι, πότε ὅρκος ἀναιρεῖται.

Ὁ ἔνδικος ὅρκος τριοῦτός ἐστιν. ὅταν τις ἀπελεγχθῇ βιαίαν ἁρπαγὴν ποιησάμενος πραγμάτων, ἢ εἰσελθόντων κατὰ οἰκίας τινός, ἢ κλοπὴν, ἢ ζημίαν ἄδικον· τότε ὀμνύει ὁ ἀδικούμενος, ὅτι τοσοῦ ἐζημιώθη καὶ ἀπώλεσεν ἐν τῇ γενομένῃ κατ' αὐτὸν ἐπιθέσει, ἢ βίᾳ, ἢ κλοπῇ, ἢ ἀναιρουμένῃ ζημίᾳ, καὶ ἀπολαμβάνει τοῦτο εἰς τὸ ἁπλοῦν ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου· πλὴν οὐκ ἀδιακρίτως πάντα, ὅσα ὀμόσῃ, λαμβάνει· ἀλλὰ μετὰ τιμητῶν. ὀφείλει γὰρ ὁ δικαστὴς καὶ τυποῦν τὴν ὠφελείαν τοῦ ἐναγομένου, καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἡ ἀπώλεια γέγονε· καὶ κατ' ἐκεῖνα σταθμᾶται τὸ ποσὸν, καὶ τότε προτρέπει αὐτὸν ἐπωμόσασθαι, ὅτι ἐχ ἥττονα τῶν τοσούτων ἀπώλεσε.

ΤΙΤΛΟΣ ΙΘ.
ΠΕΡΙ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΧΡΕΩΣΤΟΥΜΕΝΩΝ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΔΙΚΗΣ ΑΥΤΩΝ.

ζήτει βιβλίον τῶν Βασιλικῶν κγ.

Περὶ διαφόρων συναλλαγμάτων ὁ παρὼν διάλαμβάνων τίτλος, ἐπιγέγραπται περὶ πραγμάτων χρεωστουμένων, καὶ περὶ δίκης αὐτῶν.

*Ἐπὶ δὲ τοῦ ὁμολογήσαντος παρὰ τῇ κλίνῃ εἰληφέναι, καὶ κατὰ ἀποδείξεως περὶ δημοσίων γενομένης, ἢ κατὰ ὁμολογίας ἀποληπτικῆς προικὸς, αἰτιάρχειαν μὴ εἶναι κελεύει ἡ διάταξις· κατὰ δὲ πάσης ἄλλης ἀποδείξεως, μέχρι τριακονθημέρου κινεῖσθαι τὴν αἰτιάρχειαν. ὅρκον δὲ μετὰ τὰς λ ἡμέρας, ἢ ἐπὶ τῶν ἄλλων, περὶ ὧν αἰτιάρχεια οὐ δίδοται, οὐδὲ ὅλως ἐπιφέρεσθαι. κελεύει δὲ μηδὲ κληρονόμους ἀποθανόντος τινὸς ἄχρι τῶν ἐννάτων εἰς δίκην ἢ εἰς δικασθῆναι ἑλκεσθαι.

Ἀπαιτείσθω τὰς οἰκείας λόγους * προσφέρειν ὁ δανείσας εἰς τὴν ἀληθείας ἀπόδειξιν.

*προσφερέσθωσαν

Ἐὰν προφάσει δημοσίων ἐνάγεταί τις οἰ δημόσιοι * προσφερέσθωσαν λόγοι.

Δανείσας ὑποθήκην τῷ μεταγενεστέρων, νικᾷ τὴν ὑποθήκην ἡ προγενεστέρου πως.

Τὸ κληρονομιαῖον χρέος κατὰ ἀναλογίαν τῶν κληρονομιαίων μερῶν οἱ κληρονόμοι καταβάλλουσιν.

Οὐχρὴ ζητῶν ἡμᾶς ἐν τοῖς δανείοις, πόθεν εὐπορησέ τις, ἃ περ ἐδανείσεν, ἀλλὰ μόνον εἰ τοῖς ἀληθείαις ἠρίθμησεν.

Ὁ δανείσας ἄρχοντι ἐπαρχίας, ἐὰν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ, ἧς ἄρχει, προαγάγηται, ὀφείλων λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τὰ κεχρεωστημένα· ὡς ἀναγκάσῃ τῶν νόμων ἐξορίζεται. εἰ δὲ μέλλοντι αὐτῷ ἄρχειν δανείσει τὴν δόσιν τῆς ἀρχῆς, αὐτὸς καὶ ὁ ἄρχων ἐξορίζεσθω.

Ἡ τριακονταετία ἀποκλείει τὴν περὶ χρέους ἀγωγὴν, ἐὰν ἐπὶ τοσοῦτον ὁ δανείσας μὴ κινήσῃ καὶ χρεώσῃ τὸν λάβοντα.

Ἡ ἀναγνεία διτή ἐστιν. ἢ γὰρ ἐχειρογράφησέ τις λαβεῖν νομίσματα, καὶ οὐδόλως ἔλαβεν· ἢ εἰς πλείονα ἐχειρογράφησε, καὶ ὀλίγα ἔλαβε· καὶ δύναται κινεῖν ἐντὸς διετίας περὶ ἀναγνείας ἢ τοῦ παντὸς ἢ τοῦ μέρους. καὶ ἀναγκάζεται δεικνύειν ὁ δανείσας, ὅτι καταβάλλετο.

Exigitur a creditore, suas vt rationes ad veritatis probationem exhibeat.

Si ex caussa publicorum debitorum quis cōuenitur, rationes publicæ exhibentor.

Creditor, qui habet hypothecam, & ex posterioribus est, præfertur ei, qui hypothecam nō habet, & quodam modo prior est.

Debitum hereditarium pro ratione partiū hereditariarum heredes soluunt.

In creditis quærere non debemus, vnde quis eorum copiam nactus fuerit, quæ mutuo dedit: sed tantummodo, num reuera numerarit.

Qui præsidi prouinciæ fœnebrem pecuniam mutauerit, recepturus ab eo credita, si eam in prouinciam, cui præest, venerit: velut emptor legum, exsilio multator. Sin ambienti administrationem pecuniam mutuam dederit, ad redimendum magistratum; tam ipse, quam præses, in exsilium mittuntor.

Tempus annorum triginta excludit actionem de debito, si tanto temporis interuallo creditor non egerit aduersus debitorem, vel vsuras acceperit.

Exceptio non numeratæ pecuniæ duplex est. Aut enim cauit aliquis, se nummos accepisse, quum plane non acceperit: aut plurium nomine cauit, & accepit pauca: & agere potest intra biennium de non numerata pecunia vel vniuersa, vel eius parte. Simul creditor probare cogitur, quod numerarit.

In eo, qui cauit, se depositum accepisse, & aduersus securitatem de publicis functionibus factam, vel aduersus cautionem receptoriam de dote, nullam esse pecuniæ non numeratæ exceptionem, * constitutio præcipit. Aduersus alias vero securitates omnes, intra dies triginta exceptio pecuniæ non numeratæ opponatur. Iusiurandum vero post dies triginta, vel in aliis, in quibus exceptio non numeratæ pecuniæ locum non habet, prorsus non deferatur. Iubet etiam, ne defuncti alicuius heredes vsque ad nouemdialia in iudicium vel ad tribunal trahantur.

* l. 12. C. de non num. pec.

ΤΙΤΛΟΣ Κ.
ΠΕΡΙ ΤΟΚΩΝ ΚΑΙ ΚΑΡΠΩΝ.

ζήτει ἐν αὐτῷ βιβλίῳ τίτλον γ.

Ἐπὶ τῶν καλῇ πίστει ἀγωγῶν ἐφ' ἁπλοῦν καὶ δικάζοντος ὁ τόκος ὀφείλεται. ὡς ὅταν πωλήσῃ τὶς πρᾶγμα καὶ τὸ τίμημα οὐκ ἔδοτο λάβῃ. τότε γὰρ ἐξ ὑστερήσεως ἀγορασθὲν ὀφείλει ὁ δικαστὴς, ἵνα πρὸς τῷ τιμήματι ἀποτίσῃ καὶ τόκος ὁ πρέπων.

Titvlvs XX.
DE VSVRIS ET FRVCTIBVS.

Quære titulum III eiusdem libri.

IN bonæ fidei iudiciis officio iudicis vsurarum modus constituitur; veluti quum quis rem vendiderit, & pretiū non acceperit. Tunc enim ex emptoris mora iudex statuit, vt venditor præter pretium vsuras quoq; accipiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pro vsuris pœnam stipulari non licet, vltra legitimam vsuram. Interim tamen vsura, quæ in stipulationẽ non venit, non petitur; nec vsuræ vsura.

Certum vsuris modum siue quantitatem definit constitutio, vt illustres, & his superiores, quatuor dumtaxat solidos pro libra vsuræ nomine stipulentur. Argentarii vero, & negotiatores, vsq; ad bessem centesimæ. siue solidos octo. Reliqui omnes vsque ad solidos sex. Sin religiosæ domui mutuum detur, hi omnes vsque ad tres solidos in libram stipulantur. At quum fructus mutuo dantur, vel mutuũ nauticum contrahitur; puta, creditore periculum maris suscipiente, tunc licèt etiam vsuræ nomine vsque ad duodecim solidos in libram stipulari.

Si quum vsuræ solutæ computantur. sortem duplam efficiant: debitum extinguitur.

Ἀντὶ τόκων οὐκ ἔξεστι πωλεῖν ἐπερωτᾶν ὑπὲρ τὸν νόμιμον τόκον. τόκος δὲ τόκου αἰσπερεώντητου οὐκ ἀπαιτεῖται, ἤτοι τόκος τόκου.

Ὀφείλει δὲ καὶ ποσότης ἐρωτᾶν τοὺς τόκους ἡ διάπαξις, ἵνα οἱ μὲν ἀπὸ ἰλλουστρίων καὶ αὐωτέρω, τέσσαρα νομίσματα ἐπερωτῶσιν ὑπὲρ τῆς λίτρας τόκον καὶ μόνον. ἀργυροταξάτης ἢ καὶ ἔμπορος ἄχει δημοσίου ἑκατοστῆς, ἤτοι νομίσματα η. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἄχει νομισμάτων ἓξ. εἰ δὲ πρὸς βιαίαν οἶκον τὸ δάνειον ἡ, πάντες τὰ σοῦ ἄχει τριῶν νομισμάτων εἰς τὴν λίτραν ἐπερωτᾶν. ὅταν δὲ καρποὶ δανείζονται, ἢ ναυτικὸν συνίστηται δάνειον, οἷον τοῦ δανείσαντος τὸν κίνδυνον ἀναδεχομένου τῆς θαλάσσης, τότε ἔξεστι καὶ μέχει νομισμάτων ιβ ἐπερωτᾶν εἰς τὴν λίτραν τόκον.

Ἐαὶ οἱ καταβαλλόμενοι τόκοι συμψηφίζόμενοι πλείσσουσι διπλοῦν τὸ κεφάλαιον, παύεται ὁ χρέος.

Titvlvs XXI.
DE RE. RE DATA, ET RE NON SOLVTA. ET DE REPETITIONE REI OB TURPEM VEL INIUSTAM CAUSSAM DATÆ.

Quære librum Basilicorum XXIV.

Omne quod datur, aut ob rem datur, aut ob caussam. Et ob caussam, aut honestam, aut turpem. Turpitudo vel dantis dumtaxat est, vel accipientis, vel vtriusq;. Ob rem igitur honestam datum, tunc recipitur, quum res ipsa facta non fuerit. Verbi gratia, dedit alicui quispiam nummos, vt seruum suum manumittat, vel vt hereditatem legatum ve repudiet. Nisi ea fecerit, repetuntur ab ipso, quæ accepit. Sin turpitudo accipientis est, etiamsi rem perpetrauerit, quod accepit, reddit. Veluti, quũ quis acceperit, ne hominem occidat, ne sacrilegium faciat, vel vt reddat depositum, aut instrumentum. Tunc enim si forte fecerit, sicut pactus est, repetuntur tamen ab eo, quæ accepit: quoniam ob iniustam ea, turpemq; rem accepit. Si vero bonam caussam habens, iudici dedero, vt secundum me pronuntiet: nihil recipio. Nã crimen admitto, qui iudicem corrumpo. Ideoq; litem perdo.

Sciendum, nec vxorem pro marito, vel maritum pro vxore, vel matrem pro filio, vel filium pro patre, vel patrem pro filio emancipato, vel libertum patroni nomine teneri. In quibus enim quilibet horum contraxerit, is solus tenetur. Nec si viri bona publicata fuerint, res vxoris etiam sub eamdẽ proscriptionẽ cadunt.

ΤΙΤΛΟΣ ΚΑ.
ΠΕΡΙ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ. ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ ΔΟΘΕΝΤΟΣ, ΚΑΙ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ ΜΗ ΚΑΤΑΒΛΗΘΕΝΤΟΣ. ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΠΑΙΤΗΣΕΩΣ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ ΟΤΙ ΑΙΣΧΡΩΣ Ἢ ΑΔΙΚΩΣ ΔΙΔΟΜΕΝΟΥ.

Ζήτει βιβλίον τῶν Βασιλικῶν κδ.

Πᾶν δεδόμενον ἢ διὰ πρᾶγμα δίδοται, ἢ δι' αἰτίαν. τὸ δὲ δι' αἰτίαν, ἢ σημνεῖον, ἢ αἰσχρόν. καὶ ἡ αἰσχρότης ἢ τοῦ διδόντος μόνου ἐστίν, ἢ τοῦ λαμβάνοντος, ἢ ἑκατέρων. τὸ μὲν οὖν ὅτι σεμνῷ πράγματι δοθέν, τότε ἀναλαμβάνεται, ὅτε μὴ γένηται. οἷον, δέδωκέ τις τινὶ νομίσματα, ἵνα ἐλευθερώσῃ δοῦλον ἴδιον, ἢ ἵνα κληρονομίαν ἢ ληγάτον· ἐὰν μὴ πληρώσῃ ταῦτα, ἀπαιτεῖται ἃ ἔλαβεν. εἰ δὲ ἡ αἰσχρότης ἐστὶ τοῦ λαβόντος, καὶ ἔπραξέ τι τὸ πρᾶγμα, ὃ ἔλαβεν ἀποδίδωσιν. ὡς ἔνθα τὶς λαβὼν ὅτι τῷ μὴ φονεῦσαι, ἢ ἱεροσυλῆσαι, ἢ ὅτι τῷ δοῦναι σύμβηκλον, ἢ δικάσασθαι. τότε γὰρ εἰ πάσχα καὶ ἐποίησε, καθὼς συνεφώνησεν, ἀλλὰ ἀπαιτεῖται, ἃ ἔλαβε. διὰ τὸ ὅτι ἀδίκῳ καὶ αἰσχρῷ ταῦτα λαβεῖν. εἰ δὲ καλῶ δίκῃ ἔχων σύμβολον τῷ δικαστῇ, ὅτι τῷ ὑπὲρ ἐμοῦ ψηφίσασθαι, οὐκ ἀναλαμβάνω. ἐγκλημα γὰρ συμμελῶ, τὸν δικαστὴν συμφθείρων, καὶ ἐκπίπτω τῆς δίκης.

Γνωστέον, ὅτι ἔστι γαμετὴ ὑπὲρ ἀνδρὸς, ἢ ἀνὴρ ὑπὲρ γαμετῆς, ἢ μήτηρ ὑπὲρ υἱοῦ, ἢ υἱὸς ὑπὲρ πατρὸς, ἢ πατὴρ ὑπὲρ υἱοῦ αὐτεξουσίου, ἢ ἀπελεύθερος ὑπὲρ πάτρωνος. ἐνέχεται. ἐφ' οἷς γὰρ ἕκαστος τούτων συναλλάξῃ, ἐκεῖνος μόνος ἐνέχεται. ἐὰν δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ δημοσθῇ, συμπάσχουσι τῇ δημοσίᾳ τὰ πράγματα τῆς γυναικός.

Ὁ ἐν ἀγνοίᾳ καταβαλὼν ἀχρεώστητον, ἀναλαμβάνει ὡς πλανηθείς· ὁ δὲ ἐν εἰδήσει καταβαλών, οὐκ ἀναλαμβάνει. δοκεῖ γὰρ δωρεῖσθαι.

Ὁ δὲ αὐτέλλογος ποιότης ἐστίν. ἐὰν χρεωστῇ τις νομίσματα ν παρὰ τοῦ Πέτρου, ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸς χρεωστῇ παρὰ τοῦ ἐναντίου νομίσματα ν, εἴτε ἀπὸ δανείου, εἴτε ἀπὸ λεγάτου, ἢ ἀπὸ κληρονομίας, ἢ ἀπὸ καταδίκης, ζητούμενα παντὰ παρ' ἀλλήλων, λέγει καὶ ἐκεῖνος· δός μοι καὶ σὺ, ἅπερ σοι χρεωστῶ ἀπὸ τῆς δεῦρο αἰτίας. καὶ ἐὰν εὕρῃ ὁ δικαστὴς, ὅτι ἀληθῶς ἀμφότεροι χρεωστοῦσι παρ' ἀμφοτέρων, πιθανὸν συμψηφισμὸν, ἐὰν ἰσάζωσιν ἀμφοτέρων τὰ χρέα. αὐτελογίζεται αὐτοῖς ταῦτα, ἐὰ θωσὶν ἀμφοτέρους ἀπ' ἀλλήλων. εἰ δὲ ἑνὸς χρέος πλέον ἐστὶν, ἀπαιτεῖ τὸ ὑπερβαῖνον, καὶ δίδωσι τῷ κεχρεωστημένῳ.

Οἱ αὐτέλλογοι ἰδίῳ δικαίῳ γίνονται, ἐὰν ἐπὶ τῶν ἐπὶ πράγμασι, καὶ ὅπλῳ τῶν ὅπλῳ πρόσωποις ἀγωγῶν· ἐὰν μόνον φανερὸν ἐστι τὸ χρέος. ὑπεξηρημένης τῆς ἐκ δικαίας ἀγωγῆς, καὶ τῆς ἡμετέρας διατάξεως, ἐν ᾗ αὐτέλλογον μὴ γίνεσθαι ἐπιτάσσομεν.

Ἀντελλογίζεται ἐὰν ὕλης ὕλαις.

ΤΙΤΛΟΣ ΚΒ.
ΠΕΡΙ ΑΠΑΓΩΓΗΣ ΤΗΣ ΧΑΡΙΝ ἐνεχύρων διδομένης.

Ζήτει βιβλίον τῶν Βασιλικῶν κε.

Τὸ ἐνέχυρον εἰς ἀσφάλειαν τοῦ χρέους δίδοται. ὁ γὰρ χρεώστης δανιζόμενος, ἐὰν δώσῃ τῷ δανιστῇ πρᾶγμα, ὡς αὐ κατέχῃ τοῦτο, ἕως αὐ ἀποδῷ τὸ χρέος, ἢ ἐὰν συμφωνήσῃ ὑποκεῖσθαι αὐτῷ τόδε τὸ πρᾶγμα· ἐνέχυρον τὸ τοιοῦτον λέγεται, οἷον ἀσφάλειά τις. καὶ πληροφορία τοῦ χρέους ἱκανώσεως. καὶ κοινῷ μὲν ὀνόματι καὶ τὸ διδόμενον καὶ ὑποτιθέμενον ἐνέχυρον λέγεται, τὸ ἐν χερσὶ διδόμενον τῷ δανιστῇ· ὑποτίθεται δέ, τὸ παρὰ μὲν τῷ χρεώστῃ, ὑποτιθέμενον δὲ τῷ δανειστῇ εἰς τὸ γραμματεῖον, ἕνεκεν τῆς τοῦ χρέους ἱκανώσεως.

Ὑπὸ αἵρεσιν πάσεται τὸ ἐνέχυρον, ἔνθα συνεφωνήθη, ὥστε τοῦ χρέους μὴ ἐμπροθέσμως καταβαλλομένου, χρεῖν αὐτὸ δικαίῳ ἀγοραστίας τὸν δανειστὴν, δικαίῳ τιμήματι τότε διατιμώμενον.

Εἰσὶ καὶ ἐνέχυρα καὶ ὑποθῆκαι σωτηρῶς συναλλαττόμενα. ὁ γὰρ δανείζων εἰς οἰκοδομὴν οἴκου, ἢ κατὰ ἐντολὴν τοῦ δεσπότου τοῦ οἴκου χορηγῶν τὰς ἐξόδους τοῦ κτίσματος, ἔχει τὸν οἶκον ὑποκείμενον, καὶ νικᾷ τοὺς λοιποὺς δανειστὰς, βουλομένους τὸν τοιοῦτον οἶκον λαβεῖν εἰς ἱκανωσιν.

Qui ignorans soluit indebitum, id ipsum recipit, velut errore deceptus. Qui vero sciens soluit, non recipit. Nam donare videtur.

Compensatio quiddam est huiusmodi. Si cui solidi L debeantur a Petro, & vicissim Petro debeantur ab actore solidi L. siue ex mutuo, siue legato, siue hereditate, siue condemnatione: actore ab ipso L petente, dicit & ipse: Da mihi tu quoque, quæ mihi ex illa vel illa caussa debes. Ac siquidem iudex inueniat, vtrique reuera deberi ab vtroque, computationem facit, & amborum debita exæquantur. Ea deinde compensat, & vtrosq; a se inuicem liberat. Sin vnius debitum maius est, exigit quod superat, idq; dat ei, cui debetur.

Compensationes iure proprio fiunt, tam in actionibus in rem, quam in personalibus: modo debitum manifestum sit. excepta depositi actione, secundum constitutionem nostram, in qua non fieri compensationem, statuimus.

Etiam iniuria cum iniuria compensatur.

Titvlvs XXII.
DE ACTIONE, QVÆ PIGNERVM CAVSSA DATVR.

Quære librum Basilicorum XXV.

Pignus ad cautionem debiti datur. Quippe debitor mutuum sumens, si creditori rem dederit, vt eam retineat, donec debitum receperit, vel si pactus fuerit, vt ipsa res ei supposita vel obligata sit: hoc iam pignus dicitur, veluti cautio quædam, & certitudo de satisfactione debiti. Et communi quidem nomine tam id quod datur, quam quod supponitur siue obligatur, pignus dicitur, quod creditori videlicet in manus datur: sed hypotheca proprie est, quod apud debitorem manet, licèt in chirographo creditori supponatur siue obligetur, propter satisfactionem debiti.

Sub conditione pignus distrahitur, vbi conuenerit, vt si debitum ad diem non soluatur, creditor emtionis iure pignus habeat, quod iusto pretio tunc æstimatur.

Etiam pignora sunt & hypothecæ, quæ tacite contrahuntur. Nam qui dat mutuum ad restitutionem ædificii, vel qui mandato eius, qui ædificii dominus est, expensas ad structuram præbet; suppositam obligatamve sibi domum habet, & reliquis creditoribus potior est, eam domum habere volentibus satisfactionis suæ caussa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLVS XXIII.
DE FIDEIVSSORIBVS ET MANDATORIBVS.

Quære librum Basilicorum XXVI.

OMni obligationi fideiussor accedere potest. puta debiti nomine, & ob commodati, & depositi obligationem. Et tenetur fideiussor ipse satisfacere loco principalis.

Mulier, quæ fideiussit, aut stipulata est, non tenetur; nisi expresse renuntiauerit Senatusconsulto Velleiano, quod mulieribus succurrit; & sciat, ex lege quidem se non teneri; sed ipsa ius suum spernat, ac seipsam fideiussioni subiiciat. Quod vbi factum fuerit, mulier tenetur.

TITVLVS XXIIII.
DE SPONSALIBVS.

Quære librum Basilicorum XXVIII.

SPonsalia sunt mentio & promissio nuptiarum futurarum. Nudo etiam consensu sponsalia constituuntur, & inter absentes: si quidem absentibus de hoc constet, vel si ratum habuerint.

Qui quod agitur intelligit, recte sponsalia contrahit: hoc est, qui non minor est annis VII.

Præsides in ea prouincia, quam administrant, sponsalia contrahere non debent. Si vero id fecerint, arras ab se datas perdunt: eodē etiam locum habente in filiis, & nepotibus, & propinquis, & domesticis, & adsessoribus, & omnibus, qui sunt eius participes: siquidem o-pera præsidis sponsalia contraxerint. Si tamen ei puella, postquam magistratu abierit, nubere vult: matrimonium ratum est.

Ea natura est arræ, vt si quidem is, qui arram accepit, repudiauerit: duplum eius, quod accepit, reddat: sin id faciat, qui dedit; arras amittat. Quod si pœnæ stipulatio interuenerit, præstat eam qui repudiat. Sin alterutra pars monasterium fuerit ingressa, citra damnum arra soluitur.

Quæcumque matrimonii caussa data fuerint, matrimonio non succedente, redduntur ei, qui dedit.

TITVLVS XXV.
DE NVPTIIS.

Quære titulum IV, eiusdem libri.

NVptiæ sunt maris & feminæ coniunctio, & omnis vitæ consortium: diuini & humani iuris communicatio.

ΤΙΤΛΟΣ ΚΓ.
ΠΕΡΙ ΕΓΓΥΗΤΩΝ ΚΑΙ ΜΑΝΔΑΤΟΡΩΝ.

ζήτει βιβλίον Τ Βασιλικῶν κς.

Πάσῃ ἐνοχῇ δύναται προσίστασθαι ἐγγυητής. καὶ τῇ πρὸς χρέως, καὶ τῇ πρὸς τὸν ὀφείλοντος δεθέντων, καὶ τῇ πρὸς τὸν ἀδικηθέντων ἐνοχῇ. καὶ ἐνέχεται ὁ ἐγγυητὴς αὐτὸς ποιῆσαι τὰ ἴσα καὶ αὐτὸς ὁ πρωτότυπος.

Γυνὴ ἐγγυησαμένη ἢ αὐτὴ φωνήσασα, οὐκ ἐνέχεται· εἰ μὴ ῥητῶς ἀποτάξηται τῷ βελλειανείῳ δόγματι, τῷ βοηθέντι τῇ γυναικὶ καὶ γνῷ, ὅτι ἀπὸ νόμου μὲν οὐκ ἐνέχεται· αὐτὴ δὲ καταφρονεῖ τοῦ ἰδίου δικαίου, καὶ ἑαυτὴν ὑποβάλλει τῇ ἐγγύῃ. ἐφ' ᾧ καὶ ἐνέχεται ἡ γυνή.

ΤΙΤΛΟΣ ΚΔ.
ΠΕΡΙ ΜΝΗΣΤΕΙΑΣ.

ζήτει βιβλίον τῶν Βασιλικῶν κη.

Μνησεία ἐστὶ μνήμη καὶ ἐπαγγελία, τῶν μελλόντων γάμων. καὶ ψιλῇ συναινέσει γίνεται μνησεία, καὶ μεταξὺ ἀπόντων· ἐὰν μόνοι γινώσκωσιν οἱ ἀπόντες, ἢ δεκτὸν ἠμήσωται.

Ὁ τὸ γινόμενον νοῶν, καλῶς μνησθεῖται· τοῦτό ἐστιν, ὁ μὴ ὢν ἤδη τῶν ζ ἐτῶν.

Οὐ χρὴ οὖν ἄρχοντας ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐπαρχίᾳ, ἧς ἄρχουσι, μνησθεῖται. εἰ δὲ ῥᾴστα ποιήσουσιν, ἀπωλλοῦσι οὖν ἄρραβῶνας, οὓς δεδώκασι· τοῦτο αὐτὸ κεφαλαιῶδες· καὶ ὅτι υἱῶν, καὶ ἐγγόνων, καὶ συγγενῶν, καὶ οἰκείων, καὶ συγκαθέδρων, ἃ ὅτι πάντων τῶν οἰκείων αὐτοῦ· ἐὰν μὴ ἀπουθῶ ὁ ἄρχοντος ἐμνήσθησαν. εἰ μόνοι ἃ μὴ τὸ δεκτὸν βούλεται ἡ κόρη πωλαφθῆναι αὐτῷ, ἐρωτᾶται ὁ γάμος.

Οἱ ἀρραβῶνες φύσιν ἔχει τοιαύτην, ἵνα εἰ μὲν ὁ λαβὼν τὸν ἀρραβῶνα ἀποδοκιμάσῃ· διπλάσιον, ὅπερ ἔλαβεν, ἀποδῷ· εἰ δὲ ὁ δεδωκὼς, ἐκπέσῃ τῶν ἀρραβώνων. εἰ δὲ πρόσιμον ἐπηρωτήθη, παρέχει τοῦτο ὁ ἀποδοκιμάσας. εἰ δὲ ἑτέρου μέρος εἰσέλθοι εἰς μοναστήριον, ἀζημίως ὁ ἀρραβὼν λύεται.

Ὅσα διὰ τὸν γάμον δοθῶσι, τοῦ γάμου μὴ γενομένου, ἀντιστρέφονται τῷ δεδωκότι.

ΤΙΤΛΟΣ ΚΕ.
ΠΕΡΙ ΓΑΜΩΝ.

ζήτει τίτλον ζ ἐξ αὐτοῦ βιβλίου.

Γάμος ἐστὶν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνάφεια, καὶ συγκλήρωσις ἐξ βίου παντὸς, θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου δικαίου κοινωνία.

Οὐ γίνε-

Οὐ γίνεται γάμος, εἰ μὴ συναινέσουσιν οἱ συναπτόμενοι, καὶ οἱ ἔχοντες αὐτῶν ἐξουσίας.

Ἔννομος γάμος συνίσταται Ῥωμαίοις μεταξὺ ἀλλήλων, ἰδίᾳ τὰ περὶ τοὺς γάμους τοῖς νόμοις διηρεθισμένα φυλάξασι. δεῖ δὲ τοὺς μὲν ἄρρενας ἐφήβους εἶναι, τὰς δὲ ἡλικίας ἀνδρὸς δεκάδας· τουτέστι, τοὺς μὲν ὑπερβεβηκέναι τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος, τὰς δὲ μείζονας εἶναι τῶν δώδεκα ἐνιαυτῶν.

Ἢ ἥβων τῶν ιδ ἐτῶν γαμηθεῖσι, τότε γίνεται *νόμιμος *νομίμως γαμετή, ὅτε αὐτῷ τῷ ἀνδρὶ πληρώσῃ τὰ ιδ ἔτη.

Οὐ συνίστανται γάμοι ἀπὸ ἀλλοφύλων καὶ περαιτέρω, εἰ μὴ συμβόλαια γαμικὰ γένωνται. πρὸς τοῦτο δὲ ἀκριβῶσαι συγχωρῆσαι οἱ ὑποτεταγμένοι τῇ Ῥωμαϊκῇ ὑπερτάτῃ βασιλείᾳ. καὶ ἀξιώματος τοῖς κεκοσμημένοις ὑπαρχοίεν.

Ἑξαετὴς οὐ γίνεται μνησεία, κατὰ νόμους. εἰ δὲ ῥηθῇ, εἰ θελήσῃ ἐν τῶν μερῶν, χωρίζονται.

ΣΧΟΛΙΟΝ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ.

Τῶν γάμων ἡ διάστασις πλεῖσι καὶ ποικίλοις τρόποις γίνεται· περὶ ὧν ἐπὶ τὸ πλεῖον τὰς τύχας.

Τῇ τῶν περσικῶν ποιήσει βεβαιοῦται ὁ γάμος καὶ παλλακοῦται, καὶ ἀπελεύθερα τὰ πρώιμα τῆς γυνῆ. καὶ οἱ παῖδες, εἴτε περιληφθέντες, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα γνήσιοι γίνονται. πρὸς τούτοις ἡ κανὼν νομοθετήσει σωτήριος, ὥστε εἴ τις υἱὸν ἢ θυγατέρα ἔχων ἐξ ἐλευθέρας γυναικὸς, μεθ' ἧς γάμος συνίστασθαι δύναται, εἴτε ἐν συμβολαίῳ, εἴτε ἀγράφῳ, εἴτε ἰδιοχείρως συγγεγραμμένῳ, ἔχοντι ὑπογεγραφὴν τριῶν μαρτύρων ἀξιοπίστων, εἴτε ἐν διαθήκῃ, εἴτε ἄλλῃ περίσεως ὑπομνημάτων, τοῦτον ἢ παῖδα εἶναι υἱὸν αὐτοῦ ἢ θυγατέρα, καὶ μὴ προσθῇ, φυσικὸν ἢ φυσικὴν, οὗ γε οὖν παῖδας γνησίους εἶναι, καὶ μηδεμίαν ἀποδεῖξιν ἑτέραν παρ' αὐτῶν ζητεῖσθαι.

ΤΙΤΛΟΣ Κ ΚΑΙ ΕΚΤΟΣ.
ΠΕΡΙ ΚΕΚΩΛΥΜΕΝΩΝ ΓΑΜΩΝ.

ζήτει τίτλον ε ἐξ αὐτοῦ βιβλίου.

Ἡ συγγένεια ὄνομά ἐστι γενικόν. διαιρεῖται δὲ εἰς τρία. εἰς αἰσιοῦντας καὶ καλιοῦντας, καὶ τοὺς ἐκπολαγίους. οἱ μὲν αἰσιοῦντες εἰσὶν οἱ ἡμᾶς γεγεννηκότες. οἷον, πατὴρ, μήτηρ, πάππος, μάμμη, καὶ ἐπὶ τούτων αἰσιώτεροι. καλιοῦντες δὲ, οἱ ἐξ ἡμῶν γεγονότες. οἷον, υἱὸς, θυγάτηρ, ἔγγονος, ἐγγόνη, καὶ οἱ ἐπὶ τούτων κατώτεροι. ἐκπολαγίου δὲ, οἱ μήτε ἡμᾶς γεγεννηκότες, μήτε ἐξ ἡμῶν γεγονότες· τῆς αὐτῆς δὲ γονῆς καὶ ῥίζας ἡμῶν κεκινωνηκότες. οἷον, ἀδελφὸς, ἀδελφή, θεῖος, θεῖα, καὶ οἱ ἐκ τούτων καλούμενοι.

Nuptiæ non consistunt, nisi & qui copulantur, consentiant; & quorum in potestate sunt.

Iustas nuptias inter se Romani contrahunt, quum ea, quæ de nuptiis legibus cauentur, obseruant. Est autem necesse, masculos esse puberes, feminas viri potentes: hoc est, illos excessisse decimum quartum annum, has duodecim annis esse maiores.

Minor annis duodecim nupta, tunc fit legitima vxor, quum apud virum duodecim annos expleuerit.

Non contrahitur matrimonium ab iis, qui sunt illustres, & his vlteriores, nisi fiant instrumenta matrimonialia. Verum hæc subtilitas remittitur subditis imperio Romano barbaris, licèt eiusmodi dignitatibus ornati sint.

Sponsalia secundum leges cum persona sex annorum non contrahuntur. Si vero contracta fuerint, alterutra partium volente soluuntur.

SCHOLIVM PSELLI.

Nuptiarum dissolutio reciproca est. Nam appendice dotalium instrumentorum non est opus, nisi quis professatharius sit, aut maioris dignitatis.

Dotalium instrumentorum confectione matrimonium confirmatur, licèt ipsa mulier olim concubina, licèt liberta fuerit. Itidem liberi, siue præcedentes, siue posteà nati, sui fiunt. Præterhæc & illud sanciendum putauimus, vt si quis filium vel filiam habens ex vxore libera, cum qua constare matrimonium potest, dixerit in instrumento siue forensi, siue manu propria conscripto, quod trium fide dignorum testium subscriptionem habeat, siue in testamento, siue apud gesta monumentorum, hunc vel hanc esse filium filiam suam; & non adiecerit, naturalem: eiusmodi liberi sui sint, nec ab eis alia vlla probatio requiratur.

TITVLVS XXVI.
DE NVPTIIS PROHIBITIS.

Quære titulum V, eiusdem libri

COgnatio nomen est generale, quod in tria diuiditur: in adscendentes, in descendentes, & in eos, qui ex transuerso sunt. Et adscendentes quidem sunt, qui nos genuerunt. veluti pater, mater, auus, auia, & qui adhuc supra hos sunt. Descendentes vero, qui ex nobis gignuntur. veluti filius, filia, nepos, neptis, & qui adhuc infra hos sunt. Ex transuerso sunt, qui neq; nos genuerunt, neque gignuntur ex nobis; sed stirpem nobiscum, radicemq; communem habent. veluti frater, soror, patruus, amita, & qui ex his descendunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

Gradus autem numerantur ex generationibus. Quot enim generationes, tot gradus sunt. verbi gratia, filium ego genui. En vna generatio gradum vnum absoluit. Adeoque filius meus primo mihi gradu est, nepos secundo, pronepos tertio. Auus rursum secundo mihi gradu est. Nam me genuit pater, patrem auus. En duæ generationes. adeoque secundo gradu me contingit auus. Similis est eorum ratio, qui sunt ex transuerso. Nam si te quis interrogauerit, frater quoto gradu sit: responde, secundo. Nam pater fratrem meum genuit, & idem me quoq; pater. Ergo duæ generationes duos gradus absoluerunt. Si quis interrogauerit, patruus quoto tibi sit gradu: dic tertio. Nam auus patrem meum genuit. Idem auus fratrem patris mei, & pater me. Ecce tres generationes gradus tres absoluerunt. Atque ita deinceps generationes numerans, connumerabis & gradus.

Nuptiæ prohibitæ sic adgnoscuntur. In adscendentibus & descendentibus in infinitum prohibitæ sunt nuptiæ, licèt ex legitimis ipsæ personæ nuptiis non existant. Quippe nequit aliquis matrem suam ducere, vel auiam, vel filiam, vel neptem: siue naturales sint, siue adoptiuæ.

Etiam inter personas ex transuerso prohibitio quædam est ad septimum vsque gradum. Prohibentur enim fratres, & fratrum liberi, & qui ex iis gignuntur. Sobrinorum vero liberi copulantur. Sunt & certarum personarũ prohibitiones, quæ propter perspicuitatem heic non sunt positæ.

In nuptiis non modo quid concessum sit, verum etiam quid deceat, spectamus.

TITVLVS XXVII.
DE SOLVTIONE MATRIMONII.

Quære titulum VII eiusdem libri.

Matrimonium remotissimis temporibus ex consensu coniugum, vel ex vnius partis voluntate soluebatur. Postea vero per Iustiniani nouellam expresse positæ sunt caussæ, propter quas solas tam vir, quam vxor diuortiũ facere possunt; & absque his, irrita matrimonii solutio est. Atque vti rem compendio declaremus, cui factæ sunt ab altero circa vitam ipsam insidiæ, repudium mittere potest. Item quum maritus vxorem adulterii accusatam non conuicerit, vxor repudium mittere potest: aut si conuicerit, ipse diuertere potest. Item si constet alterutrum insidias imperatori stru-

Οἱ δὲ βαθμοὶ συναριθμοῦνται ἀπὸ τῶν γεννήσεων. ὅσαι γὰρ γεννήσεις, τοσοῦτοι βαθμοί. οἷον, ἐγὼ ἐγέννησα τὸν υἱόν. ἰδοὺ μία γέννησις ἕνα βαθμὸν ἀπετέλεσεν. ὥστε ὁ υἱός μου πρώτου μοι ἐστὶ βαθμοῦ, καὶ ὁ ἔγγονος δευτέρου, καὶ ὁ δισέγγονος τρίτου. καὶ ὁ πάππος δὲ αὖθις δευτέρου. ἐμὲ γὰρ ἐγέννησεν ὁ πατὴρ, τὸν πατέρα ὁ πάππος. ἰδοὺ δύο γεννήσεις. ὥστε ὁ πάππος δευτέρου μοι ἐστὶ βαθμοῦ. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ πλαγίου. ἐὰν γάρ τις σε ἐρωτήσῃ· ὁ ἀδελφὸς πόσου ἐστὶ βαθμοῦ; λέγε, δευτέρου. ὁ γὰρ πατὴρ ἐγέννησε τὸν ἀδελφὸν, καὶ ἐμὲ ὁ αὐτὸς πατήρ. ὥστε δύο γεννήσεις δύο βαθμοὺς ἀπετέλεσαν. ἐάν τις ἐρωτήσῃ· ὁ θεῖος πόσου σοί ἐστι βαθμοῦ; λέγε, τρίτου. ὁ γὰρ πάππος ἐγέννησε τὸν πατέρα μου. ὁ αὐτὸς πάππος τὸν ἀδελφὸν τοῦ πατρός μου, καὶ ὁ πατὴρ ἐμέ. ἰδοὺ τρεῖς γεννήσεις τρεῖς βαθμοὺς ἀπετέλεσαν. καὶ ἐφεξῆς τὰς γεννήσεις συναριθμῶν, συναριθμήσεις καὶ τοὺς βαθμούς.

Οἱ κεκωλυμένοι γάμοι γινώσκονται οὕτως. ἐπὶ μὲν τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων εἰς ἀπέραντον ὁ γάμος κεκώλυται, καὶ μὴ ἐξ ἐννόμων ὦσι γάμων. οὐ δύναται γάρ τις τὴν ἰδίαν λαβεῖν μητέρα, ἢ μάμμην, ἢ θυγατέρα, ἢ ἐγγόνην· εἴτε φυσικαὶ εἰσὶν, εἴτε θεταί.

Καὶ μεταξὺ τῶν ἐκ πλαγίου προσώπων ἐστὶ τις κώλυσις ἄχρι τοῦ ἑβδόμου βαθμοῦ. κωλύονται γὰρ οἱ ἀδελφοὶ, καὶ οἱ ἀδελφόπαιδες, καὶ οἱ ἐξ ἐκείνων γεννώμενοι. τὰ δὲ τρισεξάδελφα συνάπτονται. εἰσὶ καὶ ῥητῶν προσώπων κωλύσεις, αἵτινες διὰ τὸ προφανὲς οὐκ ἐτέθησαν.

Ἐν τοῖς γάμοις οὐ μόνον τὸ ἐπιτετραμμένον, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐπρεπὲς σκοποῦμεν.

ΤΊΤΛΟΣ ΚΖ.
ΠΕΡΙ ΛΥΣΕΩΣ ΓΑΜΟΥ.

ζήτει τοῦ αὐτοῦ βιβλίου τίτλον ζ.

Ὁ γάμος ἐπὶ τῶν ἀνωτάτω χρόνων ἐκ συναινέσεως τῶν ὁμοζύγων, ἢ ἐκ θελήσεως τοῦ ἑνὸς μέρους ἐλύετο. ὕστερον δὲ διὰ τῆς νεαρᾶς τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐτέθησαν ῥητῶς αἱ αἰτίαι, δι' ἃς καὶ μόνας δύναται καὶ ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνὴ στέλλειν διαζύγιον. καὶ χωρὶς τούτων, γάμος ἀνιοχύρως λύεται. καὶ ἵνα κατ' ἐπιτομὴν εἴπομεν, ὁ ἐπιβουλευθεὶς παρὰ τοῦ ἑτέρου περὶ αὐτὴν τὴν ζωὴν, δύναται στέλλειν διαζύγιον. καὶ ὅταν ὁ ἀνὴρ κατηγορήσας τῆς γυναικὸς περὶ μοιχείας, μὴ ἀπελέγξῃ, δύναται ἡ γυνὴ στέλλειν διαζύγιον· ἢ καὶ ἐὰν ἀπελέγξῃ, δύναται αὐτός· καὶ τοῦ ἑνὸς φανέντος ἐπιβουλεῦσαι κατὰ βασιλέως,

λέως, ἢ συνειδότος τισὶ, καὶ μὴ προσαγγείλαντος, δύναται ὁ ἕτερος τῶν συνοικούντων στέλλειν διαζύγιον. διαλύεται ὁ γάμος καὶ κατὰ πρόφασιν ἄμεμπτον, ὅταν ἄσκησιν ἕληται θάτερον τῶν μερῶν, ἢ ὅταν ὁ ἀνὴρ ἐπὶ τρισὶν ἔτεσι τὰ παρὰ τῆς φύσεως δεδομένα τοῖς ἀνδράσιν οὐ πράττει. ἐπὶ τῶν τοιούτων δύο αἰτιῶν τῆς τε κουρᾶς καὶ τῆς ἀπραξίας τῆς κοίτης, ἀζημίως λύεται ὁ γάμος, μηδὲ ὑποβόλου διδομένου παρὰ τοῦ ἀνδρός. καὶ εἰ μὲν αὐτεξουσία ἐστὶν ἡ κόρη, πρὸς αὐτὴν ἡ προῖξ ἀποδίδοται μόνην. εἰ δὲ ὑπεξουσία, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς δεδομένη, κοινὴ αὐτῆς καὶ τοῦ πατρός ἐστιν. εἰς δεύτερον δὲ γάμον ἐρχομένης, οὐ δύναται ὁ πατὴρ ἐλαττοῦν ἣν προδέδωκε προῖκα. χρεωστεῖ δὲ ὁ ἀνὴρ ἐπὶ τῆς προικὸς, ἐὰν ἀδιατίμητός ἐστιν, ἐπιμέλειαν οἵαν ἐν τοῖς οἰκείοις.

Τοῦ ἀνδρὸς ἐν συνεστῶτι τῷ γάμῳ τελευτήσαντος, καλῶς ἡ γυνὴ δύναται ἀπαιτεῖν τὴν προῖκα, μηδὲν παρακατέχοντος τοῦ κληρονόμου τοῦ ἀνδρός.

Ἐὰν ἀποκλέψῃ ἡ γυνὴ τὰ προικιμαῖα, ἢ μέρος αὐτῶν, ἐνάγεται τῇ περὶ ἀφαιρέσεως πραγμάτων ἀγωγῇ· οὐ μὴν τῇ περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλάσιον, ὥσπερ καὶ ἡ θυγάτηρ κλέψασα τοῦ πατρός. ἀτιμοποιὸς γὰρ ἀγωγὴ κατὰ γαμετῆς οὐ δίδοται. μετὰ δὲ διαζύγιον ἐὰν κλέψῃ, δίδοται ἡ περὶ κλοπῆς ἀγωγή.

Πρώτης καὶ δευτέρας προικὸς ἀπαιτουμένης ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, νικᾷ ἡ πρώτη εἰς τὸ παθεῖν τὸ ἱκανόν. ἐπὶ δὲ τῶν φαινομένων πραγμάτων καὶ γνωριζομένων, ἑκάστη προτιμᾶται κατὰ τοῦ μέρους τοῦ προσαγαγόντος ἕτερα.

Τὸ ὑπόβολον συμφωνεῖται παρὰ τοῦ ἀνδρός. καὶ εἰ μὲν λάβῃ τὴν προῖκα, καὶ προτελευτήσῃ ὁ ἀνὴρ· σὺν τῇ προικὶ δίδοται τὸ ὑπόβολον πρὸς τὴν γυναῖκα, ὅσον ἂν συμφωνηθῇ. εἰ δὲ μὴ συμφωνηθῇ, συμψηφίζεται κατὰ τὸ ἥμισυ τῆς προικός. καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔχει παῖδας, ἔχει πρὸς τῇ χρήσει καὶ τὴν δεσποτείαν. εἰ δὲ ἔχει παῖδας, ἔχει μὲν τὴν χρῆσιν ἡ γυνή· τὴν δὲ δεσποτείαν μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτῆς οἱ παῖδες. ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ ἰσομοιρίαν ἑνὸς παιδὸς κατὰ δεσποτείαν, ἐὰν μὴ δευτερογαμήσῃ. εἰ δὲ προτελευτήσει τοῦ ἀνδρὸς ἡ γυνὴ, χώραν οὐκ ἔχει ἡ τοῦ ὑποβόλου ἀπαίτησις, ἀλλ' ἢ μόνον τὸ θεώρετρον, ὅ ἐστι κατὰ λίτραν τῆς προικὸς νομίσματα ἕξ.

ΤΊΤΛΟΣ ΚΗ.
ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΊΟΥ ΠΡΟΙΚΌΣ.

ζήτει βιβλίον κθ τῶν Βασιλικῶν.

*xisse, vel aliquibus earum fuisse conscium, nec denuntiasse: potest alter coniugum illi repudiũ mittere. Dirimitur etiam matrimonium ex caussa repræhensionis experte, quum alterutra pars solitudinarium exercitium eligerit, vel quum maritus toto triennio non facit ea, quæ viris natura tribuit. Ex duabus hisce caussis, rasura scilicet, ac lecti cessatione, matrimoniũ ita sine pœna soluitur, vt nec * hypobolum a viro præstetur. Ac siquidem sui iuris est puella, dos ipsi soli redditur: sin filia familias est, & a patre dos data fuerit, communis est ea tam patri, quam filiæ. Quod si secundas ad nuptias illa transeat, pater minuere dotem, quam dedit antea, nequit. Ceterum maritus in dote, si non æstimata sit, eam diligentiã debet, quam in suis.*

Quum vir constante matrimonio mortuus fuerit, recte mulier dotem petere potest, herede viri nihil ex ea retinente.

Si res dotales, aut partem earum, mulier amouerit: rerum amotarum actione conuenitur, non furti in duplum: sicut etiam fit in filia, quæ patri furto quid surripuit. Nam actio, quæ irroget infamiam, aduersus vxorem non datur. At vero si post diuortium res amouerit, iudicium furti datur.

Quum prima & secunda dos a viro petitur, potior est prima, vt de ea satis detur. In rebus autem, quæ exstant & adgnoscuntur, quælibet ius prælationis habet aduersus eam partem, quæ attulit alia.

*Hypobolum ex pacto viri proficiscitur. Ac siquidem vir dotem acceperit, & prior decesserit: vnà cum dote datur & hypobolum mulieri, quantum conuenerit. Sin nihil conuenerit, computatur in semissem dotis. Ac siquidem liberos nullos habet, præter vsumfructum habet & proprietatem. Sin exstant liberi, mulier quidem vsumfructum habet; at proprietatem post eius mortem, liberi. Habet etiam ipsa parem cum vno ex liberis portionem iure proprietatis, nisi nuptias secundas contraxerit. Sin ante virum mulier decesserit, hypoboli petitio locum non habet, sed solum * theoretrum, quod est in quamlibet libram dotis solidi sex.*

quid sit hypobolum, intelliges ex tit. 11. colleges Leonis & Constantini, infra, nimirũ dotis incrementum.

quæ sponsalicia largitas est.

TITVLVS XXVIII.
DE IVRE DOTIS.

Quære librum Basilicorum XXIX.

Universidad de Deusto Biblioteca

DOs æstimata viri periculo est. Licèt animalia mortua fuerint, licèt vestes mulier adtriuerit, maritus æstimationem eorum præstat. In æstimatæ vero tam acceßio, quam deminutio, mulierem respicit. Ea seruorum quoque ßuboleм accipit. Sed fructus & fetum pecorum maritus percipit, sic tamen, vt prius pecora primitiua suppleat, & ex adgnatis in locum mortuorum summittat.

SCHOLIVM PSELLI.

Coniux, qui dotem accepit æstimatam, non res dotales accipere videtur, sed æstimationem dumtaxat earum rerum, quas accepit: quarum etiam pretium ab eo exigitur, quum matrimonium soluitur.

Dotis stipulatio tacitam hanc conditionem habet, SI NVPTIÆ SEQVVTÆ FVERINT.

Sponsa, quæ dotem dat, & non nubit, itemque minor XII *annis, eius repetendæ priuilegium habent, ad imitationem dotis. Priuilegium vero in actionibus personalibus locum habet.*

Mulier etiam constante adhuc matrimonio si maritum inopem videat, pro dote, ac donatione ante nuptias, & extradotalibus, res ipßius tamquã ex hypotheca tenere potest. Habeat vero mulier non tantum actionem de proprietate, sed & hypothecariam, potior existens omnibus viri creditoribus, tam posterioribus, quam anterioribus.

Omnis temporalis exceptio, quæ mulieri obstat, siue per vsucapionem inducta, siue per decem, vel viginti, vel triginta annos, vel etiam quadraginta; ex eo tempore computetur ei, ex quo agere potuit: puta, si maritus opulentus sit, post solutum matrimonium: sin parum idoneus, ab inopiæ tempore. Potuit enim mulier etiam constante matrimonio nomine dotis contra maritum experiri.

Dos si tempore prior sit, potior est fisco in iis, quæ a viro debentur: sin posterior, superatur. Nuptialia vero lucra vincuntur a fisco sine discrimine.

SCHOLIA PSELLI.

Mulier etiam constante matrimonio, si coniugem iam antefactum videat inopem, tenere bona ipßius, tamquam sub hypotheca, potest: non solum nomine dotis, sed etiam extradotalium. Cæterum debita fiscalia, quæ tempore priora sunt, præferenda veniunt debitis etiam illis, quæ hypothecas habent: ipsa inquam dote, quæ tempore posterior est. Creditor autem hypothecarius si prioritatem habeat, vel generalem, vel specialem: omnino posteriori præferendus venit, excepto fisco.

Dos non publicatur, marito proscripto.
Dos etiam creditoribus hypothecariis præ-

Η Διατεπιμεμβύη πρὸιξ τῷ ἀὸρὶ ἐγκινδυνεύσεπ. καὶ ὸπο θανόσι τὰ ζῶα, καὶ ἡ γυνὴ τὼ ἐαυτῆπ κατεχίψη, τὼ ὸποτίμησιν αὐπῶν ὁ ἀνὴρ ὸίδωσι. τῆς ἀὸιατιμήπου ἢ καὶ ἡ αὔξησις ἢ ἡ μείωσις τὼ γυναῖκα ὁρᾶ. καὶ αὐτὴ λαμβάνει τὸν τοκετὸν τῶν δούλων. οὗ ἢ καρπὸυς καὶ τὼ γονὼ τῶν θρεμμάτων, ὁ ἀνὴρ λαμβάνει· πρότερον μὲν τοι πληρῶν τὰ πρωτότυπα, καὶ ὑποβάλλων αὐτὶ τῶν τελευτώντων ὲκ τῶν ὲπιγινομένων.

ΣΧΟΛΙΟΝ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ.

Προῖκα λαβὼν ὁ σύζυγος ὄβπιπημιπίλιον, νῦν τὰ πράγματα ὲκεῖ λαμβάνειν τὰ πρωικῶα, μόλις ἢ ὄβπιμον ὧν τὼ πιλὼ εἰς πρᾶξιν ἔπεπι, τὰ γάμου λυομένου.

Η΄ τῆς πρωικὸς ἐπερώτησις σωπηρὸν ἔχει τὼν ὥρεσιν, τὼ, ἘΑΝ Ο΄ ΓΑ΄ΜΟΣ ΓΕΝΗΤΑΙ.

Η΄ μνηςὴ παρεχομένη πρωῖκα, καὶ μὴ γήμασα, καὶ ἡ ἡπτων τῶν ιϛ΄ ἐτῶν, προνόμιον ἔχουσι τῆς ἀπαιτήσεως, κατὰ μίμησιν τῆς πρωικός. τὸ ἢ προνόμιον ὲν τοῖς πρωσωπικοῖς ἀγωγαῖς χώραν ἔχει.

Γυνὴ καὶ σωισταμένων ἔπι τῶν γάμων, ἐαὺ ἄπορον ὁρᾶ τὸν ἄνδρα, δύναπαι ὑπὲρ πρωικὸς, ὲ πρὸγαμιαίας δωρεᾶς, καὶ ἔξω πρωικῶν διοικεῖσθαι τῶν αὐπῆ πρὸυσίαν, ὡς ὸπο ὑποθήκης. ἐχέτω δὲ ἡ γυνὴ, μὴ μόνον τ΄ πρὸι δεσποπίας ἀγωγὼ· ἀλλὰ καὶ τὼ ὑποθηκαρίαν, πρωτοτέραν ὑπαρχοῦσαν πάντων τ΄ ἀνδρὸς δανειςῶν, τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τ΄ πρωτέρων.

Πᾶσα χρόνου πρὸγραφὴ ἀντικωλυομένη τῇ γυναικὶ, εἴπε ὡς ὸπο ὲ διαχειρίσεως δεσποπίαν, εἴπε ὸπο δέκα, ἢ ἕνδεκα, ἢ τριάκονπα ἐνιαυτῶν, ἢ πεσαράκονπα, ἐξ ὁκείου ὲ καιρὸῦ ψηφιζέσθω αὐτῇ, ἐξ ὲ ἠδύνασο κινῆσαι· εἰ ὡφ΄ εὔπορός ἐσιν ὁ ἀνὴρ, ὁκ τῆς τοῦ γάμου διαλύσεως· εἰ δὲ ἄπορος, ὁκ τοῦ καιροῦ τῆς ὑσερείας. ἐπεὶ ἠδύνασο ἡ γυνὴ καὶ σωισταμένων ἔπι τῶν γάμων κινῆσαι κατὰ ὲ ἀνδρὸς, ὑπὲρ τῆς πρωικός.

Η΄ πρῶιξ πρεσβυτέρα μὲν ὢσα, νικᾷ τὸν δημόσιον, ἐφ΄ οἷς πρὸς ὲ ἀνδρὸς χρεωςεῖται· μεταγενεσέρα ἢ, ἡπᾶται. τὰ ἢ γαμικὰ κέρδη νικῶνται ὑπὸ ὲ δημοσίου ἀδιαφόρως.

ΣΧΟΛΙΑ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ.

Γυνὴ πρὸ γάμων δώσαπα ἔπι σωισταμένων, βλέπουσα ὀδὸ τὸν σύζυγον ἄπορον * πιπτόντα, ὡς ἀνυπόβλητον κρατεῖν τὼν ἰδίων ἀσίας, ἢ μόνον ὑπὲρ πρωικὸς, ἀλλὰ ὲ ἔξω πρωίκων. τὰ μέντοι πρεσβυτέρας δημόσια τοῦ χρόνου, πρωτεύοντα πάντων ἐκείνων ὑποθηκῶν, ὧν πρωικὲς αὐτῇ φημὶ μεταγενεσέρας. δανειςὴς ἢ τινὸς ἔχων πρεσβυείαν καὶ ἢ μόνον, καὶ ἰδικὸν, τὰ μεταγενέσερα πρωτεύοντα πάντων, πλὴν δημοσίου.

Η΄ πρῶιξ ἔχει δημοσίευσιν, συζύγου δημοσθένους.

Η΄ πρῶιξ καὶ τῶν δανειςῶν τ΄ ὑποθηκαρίων πρὸ-

ferenda venit, etiamsi tempore posterior sit.

Res donationis ante nuptias, & dotis, ne quidem consentiente muliere alienantur, nec oppignerantur: nisi mulier alterum consensum post biennium præbuerit, modo tamen fieri possit, vt ex aliis bonis ei satisfiat. Nam qui præter indicatam obseruationem eius modi res emit, nullum mulieri præiudicium adfert, sed ei tenetur.

TITVLVS XXIX.
DE TEMPORE EXCEPTIONIS NON NVMERATÆ dotis.

MAritus intra decennium queri potest, ac dicere, dotem ex pacto promissam, & cuius nomine cautionem ipse dederit, sibi numeratam non esse: minime vero post decennium. Heredibus autem ipsius decennium non conceditur, sed si duobus annis cum vxore cohabitauerit, & decesserit: datur heredibus eius annus, quo exceptionem non numeratæ dotis opponant. Si vero res in specie inuentæ fuerint in receptoria dotis, exceptio dotis non numeratæ nullo modo admittitur.

TITVLVS XXX.
DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM.

Quære librum Basilicorum XXX.

INter virum & vxorem donatio non valet, propter amorem, & ne diuortii occasionem habeant, si nihil donetur: tum ne dives pauper, [pauper dives fiat.] *Inclusæ desunt in aliquibus.*

Recte dono vxori meæ, quod satis est ad refectionem exustæ domus eius.

Si forte donatio inter coniuges non valet, saltem si tacuerit is, qui donat, vsque ad finem vitæ suæ; alius donationem rescindere non potest, videlicet heres ipsius.

Nisi probetur, vnde mulier aliquid habuerit: a marito, vel ab illis, qui eius in potestate sunt, ea videtur habuisse. Ac nota, quod ex præsumtione sint omnia mariti, nisi mulier probauerit, vnde acquisiuerit.

Si mulieris extradotalia vir expenderit, si quidem illa donante id fecerit; heres eius non conuenitur, nisi in quantum factus est locupletior. Sin præter eius voluntatem, extradotalia prorsus omnia restituere cogitur.

ΤΙΤΛΟΣ ΚΘ.
ΠΕΡΙ΄ ΤΟΥ΄ ΧΡΟ΄ΝΟΥ ΤΗΣ΄ ΕΠΙ΄ ΠΡΟΙΚΙ΄ ΑΝΑΡΓΥΡΕΙΑΣ.

ΔΥ΄ναται ὁ ἀνὴρ ἔσωθεν τ΄ δεκαετίας ὑπομεμφεῦσαι, καὶ λέγειν, μὴ ὑπὸδεδῆναι αὐτῷ τὼν συμπεφωνημένων, κ΄ μὴ ἐχειρογραφῆσθαι πρωῖκα· μετὰ δεκαετίαν, οὐδαμῶς. τοῖς δὲ κληρονόμοις αὐτ΄ δεκαετία ὁκ ἐγχωρεῖται, ἀλλ΄ ἐαὺ δύο ἐνιαυτοὺς συνοικήσῃ τῇ γυναικὶ, καὶ τελευτήσῃ, δίδοται τοῖς κληρονόμοις αὐτ΄ ἐνιαυτὸς εἰς τὸ τὼ ἀναργυρίαν αὐτὶ λαθέναι. ἐαὺ δὲ σύρεθῇ πρὸς εἰδέναι τὰ πρόγματα ἐν τῇ ὸπελησικῇ τῆς πρωικὸς, οὐδὲ ὅλως δέχεται ἡ τῆς ἀναργυρείας ὑπογραφή.

ΤΙΤΛΟΣ Λ.
ΠΕΡΙ΄ ΔΩΡΕΩ΄Ν ΜΕΤΑΞΥ΄ ΑΝΔΡΟ΄Σ ΚΑΙ΄ ΓΥΝΑΙΚΟ΄Σ.

Ζήτ΄ βιβλίον τῶν Βασιλικῶν λ.

ΜΕπιξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ὁκ ἔρρωται δωρεὰ, Δι΄ὰ τὸν ἔρωτα, ὲ Δι΄ὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς πρόφασιν Δι΄αζυγίου ὁκ ὲ μὴ δωρεῖσθαι, καὶ Δι΄ὰ τὸ μὴ γίνεσθαι τὸν εὔπορον ἄπορον, [ὲ τὸν ἄπορον εὔπορον.]

Καλῶς δωρεῖμαι τῇ γαμετῇ μου τὸ ὀρκῶν πρὸς ἀνανέωσιν ὲ καυθέντ΄ αὐτῆς οἴκου.

Εἰ τάχα ἢ ὲ δωρεὰ μεταξὺ τῶν συνοικούντων ὁκ ἔρρωται, ἀλλ΄ ἐαὺ σιωπήσῃ ὁ δωρησάμενος ἄχρι τελευτῆς ἑαυτ΄ ἀναιρεῖ, τ΄ δωρεαὺ ὲ δύναται, ἤγουν κληρονόμος αὐτ΄.

Ἐαὺ μὴ ἐνδείκνυται, πόθεν ἔχει ἡ γυνὴ, ὁκ ὀφ΄ ἀνδρὸς, ἢ τῶν ὑπ΄ ἐξουσίων αὐτ΄ δοκεῖ αὐτὰ ἐσκηκέναι· καὶ σημείωσαι, ὅτι πάντα πρόλημψει ὲ ἀνδρὸς εἰσιν, εἰ μὴ δείξῃ ἡ γυνὴ, πόθεν ὠπορήσεν.

Ε΄ὰν τὰ ἐξ΄ω πρωῖκα τῆς γυναικὸς ὁ ἀνὴρ δαπανήσῃ, εἰ μὲν δωρησαμένης ἐκείνης, οὐκ ἐνάγεται ὁ κληρονόμος αὐτ΄, εἰ μὴ εἰς ὸ γέγονε πλεονεκτικώτερος· εἰ ἢ πρὸς γνώμην αὐτῆς, τέλεια πάντα τὰ ἐξ΄ω πρωῖκα ἀναγκάζεται ὑποκαθιςᾶναι.

* ἐρθαικότα

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLVS XXXI.
DE TESTAMENTO, ET CODICILLIS.

Quære librum Basilicorum xxxv.

TEstamentum est iusta voluntatis sententia de iis, quæ quis post mortem suam fieri velit.

Testamenta tribus ex iuribus constant, ex iure ciuili, ex prætorio, & ex constitutionibus. Ex iure ciuili est, quod testibus præsentibus uno contextu testamentum continuo perficiatur. Testantis ac testium subscriptiones ex constitutionibus proficiscuntur. Sigilla, & septem vel quinque testium numerus, ac prætore veniunt. Omnis autem hæc obseruatio cõspectat, vt testamentorum confectio sit expers omnis impostura, & vt ipsa testamenta a dolo malo careant. Ceterum scire debes, quod etiam vnico anulo siue bulloterio testamentum obsignare testes posint.

In eo, qui testatur, integritas mentis, non corporis sanitas exigitur.

Qui testatur, potest at habere testandi debet, & secundum ius testari.

Masculus, qui annum decimum quartum compleuit, testatur: femina, quæ duodecimum.

Filius familias nec patris quidem iussu de paganicis peculiis testari potest.

Valet illius testamentum, qui post accusationem instituta, in carcere mortuus est ante condemnationem.

Obsides, hoc est ii, qui pacis caussa velut pignori dantur, nisi facultas eis concedatur, testari non possunt.

In aduersa corporis valetudine mente captus, in hac alienatione mentis testamentum facere non potest.

Nec prodigus, nec qui est in potestate, nec impubes, nec seruus recte testatur.

Qui testes in testamento sunt, vocati esse debent.

Ex testamenti schedario nec legatum petitur, licet verba legati contineat.

TITVLVS XXXII.
DE IMPERFECTO TESTAMENTO.

Quære titulum II, eiusdem libri.

EX imperfecto testamento nec imperator hereditatem adit.

Non valeat testamentum, si vnus ex testibus absit, nisi omnes testatore vidente, eodem loco, suo vel alieno anulo signauerint. Si vero citra scripturam quis testetur,

ΤΙΤΛΟΣ ΛΑ.
ΠΕΡΙ ΔΙΑΘΗΚΗΣ ΚΑΙ ΚΩΔΙΚΕΛΛΩΝ.

Ζήτει βιβλίου τῶν Βασιλικῶν λε.

Διαθήκη ἐστὶ δικαία βούλησις ὧν τις θέλει μὴ θανάτου αὐτὸ γνέσθαι.

Αἱ διαθῆκαι ἐκ τριῶν νομίμων τὴν σύστασιν ἔχουσιν· ἐκ τοῦ πολιτικοῦ, ἐκ τῶν * παραπαρατωρείων, καὶ ἐκ τῶν Διατάξεων. ἐκ μὲν τοῦ πολιτικοῦ, ἡ τὸ παρόντων τῶν μαρτύρων μιᾷ ὑφῇ σωαπᾶσι τὴν διαθήκην πληροῦσθαι· αἱ δὲ τοῦ Διοδήμου, καὶ τῶν μαρτύρων ὑπογεγράφαι, ἐκ τῶν Διατάξεων· αἱ δὲ σφραγίδες, καὶ ὁτῶν ζ ἢ ε ἀριθμὸς μαρτύρων ἐκ τοῦ πραίτωρος. πᾶσι δὴ καὶ ταύτη τῷ φυλακῇ, διὰ τὸ κακουργίας πάσης ἀπηλλάχθαι τὴν * ὑπόθεσιν τῶν διαθηκῶν * πίστιν, καὶ διὰ τὸ πάντας αὐτὰς καθαρῶς ὁρᾶν δεῖν. ὀφείλει δὴ εἰδέναι, ὅτι ἡ ἐνδακτυλίῳ ἤτοι βυλλωτηρίῳ διώσαντι σφραγίζειν οἱ μάρτυρες τῇ διαθήκῃ.

Ὁ Διοδήμου ὀφείλει τὸν νοῦν, ἐμὲ μὲν τὸ σῶμα ἐῤῥῶσθαι.

Ὁ Διοδήμου ὀφείλει ἔχειν δὲ διατίθεσθαι ἐξουσίαν, ἐκ νόμου διατίθεσθαι.

Ὁ ἄῤῥην πληρώσας τὰ ιδ' ἔτη, διατίθεται· ἡ δὲ θήλεια, τὰ ις.

Ὁ ὑπεξούσιος ὅτε κελεύσει δὲ πατρὸς εἰς τὸ πατρικὰ πεκούλια διατίθεται.

Ἐῤῥῶσθαι ἡ διαθήκη δὲ ἐν φυλακῇ μὴ κατηχεῖας, πρὸ καταδίκης πληρωθήσαι.

Οἱ ὅμηροι, ἤτοι οἱ ἕνεκα εἰρήνης ἐνεχυριαζόμενοι, εἰ μὴ ὑπὸ τραπῶσιν, δύνανται διατίθεσθαι.

Ὁ ἐν ἀθενείᾳ σώματος πρὸ φρονήσας, δύναται διατίθεσθαι ἐν τῇ πρὸ φρονήσει.

Οὔτε ἄσωτος, οὔτε ὑπεξούσιος, οὔτε δοῦλος, καλῶς διατίθεται.

Οἱ μάρτυρες τῆς διαθήκης πρόσκεκλημένοι ὀφείλουσιν εἶναι.

Ἀπὸ χαρτερίου διαθήκης ὅτε λεγάτον ἀπαιτῆται, καὶ χῆ λεγάτου ῥήματα.

ΤΙΤΛΟΣ ΛΒ.
ΠΕΡΙ ΑΤΕΛΟΥΣ διαθήκης.

Ζήτει τίτλον ς ἐξ αὐτοῦ βιβλίου.

Ἀπὸ ἁπλοῦς διαθήκης οὔτε βασιλεὺς κληρονομεῖ.

Μὴ κραπίτω διαθήκη, ἑνὸς τῶν μαρτύρων χωρισθέντος, εἰ μὴ πάντες ὁρῶντος ἐξ διαπεθέντου κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον σφραγίσωσιν ἐν ἰδίῳ ἢ καὶ ἀλλοτρίῳ δακτυλίῳ. εἰ δὲ ἀγράφως τὰς

omnino coram iisdem testibus, vno eodemque tempore, testamentum hoc absq; scriptura faciat; audientibus scilicet testibus.

SCHOLIA PSELLI.

Si quis per falsos testes litem obtinuerit, & supplicium sustinet, & abolitionem eorum, quæ iudicata sunt. Ceterum in testamento quinque testes adhibentor, & clare testantem audiunto, & sigilla sua tuto ponunto, in eadem omnes hora, ne testamentum rumpatur.

EIVSDEM.

Vltima voluntatis dispositio manibus quinque testium recte subscribitor eodem tempore, ac signator.

Testamenta in omnibus quidem ciuitatibus, & omnibus castris Romanis, vbi litterarum & legum scientia viget, secundum obseruationem indicatam fieri debent. In illis vero locis, in quibus raro litterati homines inueniuntur, loci consuetudinem vice legis recipimus. Nam si fuerint in iis locis periti litterarum, subscribant: vbi vero litterarum rudes sunt, etiam citra scripturam testimonia recipimus. Pauciores autem, quam quinque testes, esse non debent in testamento. modò testatoris voluntatem sciant. Et nota, quod in arcano testamento non scripti testes non admittantur. Immo testamentum arcanum non valet, nisi subscriptum sit etiam a testatore. Quam ob causam nec mulieres arcanum testamentum condunt, nec absq; scriptura.

Licet ipsimet imperatori, & Augustæ, testamentum condere, idque mutare. Licet etiam ei, qui heredem scripsit imperatorem, mutare testamentum, atque alium heredem scribere, quem vult.

Ex imperfecto testamento nemo succedit, nisi liberi parentibus suis.

Filius familias de castrensi peculio recte testatur.

Quære titulum IIII, eiusdem libri, DE EO, QVI ALIQVEM TESTARI PROHIBVERIT.

6 *Si quis autem puellam petierit, & fortasſis ex odio, vel alio quocunq; modo nuptias exsequi supersederit: ad biennium puella tenetur, hominem vt exspectet, quo decurso, testatione puellæ pars interponat, vt nuptias exsequatur. ac siquidem paruerit, recte est: sin autem, puellæ facultas esto nubendi cui volet, ea quoq; retinenti, quæ a sponso consequuta fuit.*

7 *Quod si pueri sunt, parentibus orbati, siue masculus, siue puella, & hortatu ac suggestione quorumdam sponsalia contraxerunt, quorum postea pœnituit: ad decimumquintum annum vsq; licentiam habeãt citra pœnam rescindendi contractum, vt qui pupilli sint, nec quid ipsis expediat, intelligant. Ad pubertatem vero si peruenerint, & aliquid peregerint: tamquam intelligentia prædit, nullam ex eo tempore diuertendi facultatem habeant.*

TITVLVS XII.
DE NVPTIIS CONCESSIS ET PROHIBITIS, PRIMIS AC SEcundis, interueniente scriptura, vel non interueniente contractis.

1 Nvptiæ Christianorum vel interueniente scriptura, vel citra scripturam contrahuntur inter virum & mulierem, ita vt ætas apta sit ad copulationem; viri quidem, ab anno quintodecimo; mulieris autem, ab anno decimotertio: vtrisque volentibus, & parentum consensu præcedente.

2 *Contrahere prohibiti sunt, quotquot ex sacro & salutari baptismate sibi inuicem coniuncti sunt: hoc est, susceptor arcetur ab eius modi filia, & ipsius matre. Similiter & filius, ipsius, ab eiusmodi matre. Tum quotquot ratione sanguinis esse inter se propinqui adgnoscuntur. hoc est, parentes cũ liberis, fratres cũ sororibus, & horum liberi, qui fratrum liberi*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicuntur, & qui ex his dumtaxat gignuntur liberi. Tum quotquot ex adfinitate cognati adgnoscuntur. Vitricus cum priuigna, socer cum nuru, priuignus cum nouerca, frater cum fratria, id est, uxore fratris. Similiter pater & filius cum matre ac filia, duo fratres cum duabus sororibus. Præterea qui per unum susceptorem ex sancto baptismate renati sunt fratres spirituales, hoc est, masculus & puella. In omnibus hisce modis nec sponsalia contrahantur.

3 Interueniente scriptura nuptiæ contrahuntur, per compræhensum scripto dotale instrumentum, factum sub tribus fide dignis testibus, secundum ea, quæ recens a nobis pie sanciuntur: ita vt in eo maritus de accepta dote integra caueat, deque certa & omnis imminutionis experte dotis custodia siue conseruatione; vnà cum ea summa, quæ forte illi dotis augendæ nomine ab ipso data est: adscribendo denique in hoc instrumento, quod ab eo exponitur, liberorum non exstantium casu.

φοι, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν πεπέρμοι παῖδες καὶ μόνον. καὶ ὅσοι ἐξ ὑπογαμίας γνωρίζονται συγγενεῖς, πατρωὶς εἰς πατρόγονα, πενθερὸς πρὸς νύμφην, πατρογον εἰς μητρυιὰν, ἀδελφὸς πρὸς νύμφην, ἤγουν γυναῖκα ἀδελφοῦ. ὁμοίως πατὴρ καὶ υἱὸς πρὸς μητέρα καὶ θυγατέρα, δύο ἀδελφοὶ εἰς δύο ἀδελφάς. ἔτι δὲ καὶ ὅσοι ἐξ ἑνὸς ἀναδόχου λαβόντες τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀλλήλοις ἐμνήσθησαν ἀδελφοὶ πνευματικοὶ, τοῦτέστι πολιάκαρον καὶ κοράσιον. ὅπερ τούτοις πᾶσι *πρόποις μηδὲ μνηστεία γινέσθω. *al. τόποις

SCHOLIVM.

Casus non exstantium liberorum, est pars quarta dotalis hypoboli, siue dotis auctæ. Exempli caussa. Dos mulieris viginti librarum sunto. Promissum muliери a marito hypobolum vel incrementum dotis, libræ decem. Vtraque permista fiunt libræ triginta. Harum triginta librarum pars quarta sunt libræ septem semis. Igitur a marito præter hypobolum, hæ quoq; libræ VIIS exiguntur.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Τὸ ἐξ ἀπαιδίας κάλπον, πάντων μέρος τῆ προικώου ὑποβόλου ἐστίν. ὡς ἂν ὑποθέσει λέγωμεν. ἔστω ἡ προῖξ τῆς γυναικὸς, λίτραι κ. τὸ δὲ ὑποβλητὸν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς τῆ γυναικὶ ὑποβόλιον, λίτραι ι. ἀμφότερα μιγνύμενα γίνονται λίτραι λ. τὸ πάντων ἥμισυ ἑβδομήκοντα γίνονται λίτραι ἑπτὰ ἥμισυ. ἀπαιτεῖται ὁ ἀνὴρ ἔξωθεν τὸ ὑποβόλιον & πάντας τοὺς ἑπτὰ ἥμισυ λίτρας.

Quo fiet, vt inter eos instrumenta tria conficiantur. duo quidem pro dotis syngraphis, tenoris eiusdem: tertium vero, quod vxori a marito exponitur. Nec stipulato promittetur aut conscribetur a marito donatio propter nuptias, quæ dotis ad ipsum allatæ summam æquet.

4 Quod si fato mulier absque liberis ante maritum defuncta fuerit, quartam ille dumtaxat partem totius (vt dictum est) ab se cautæ dotis lucri sui nomine retinet, ac reliquam eiusmodi dotis partem quartam cum semisse vel ex suprema voluntate mulieris heredibus restituat, vel alis eius heredibus, qui ad successionem ab intestato vocantur, reddat.

5 Sin maritus ante coniugem suam sine liberis decesserit, consimiliter illa præter integram cautæ sibi dotis restitutionem, etiam partem quartam dotis ipsius ex relictis a marito suo omnis generis rebus siue bonis nomi-

Τριῶν δηλονότι συμβολαίων μεταξὺ αὐτῶν προεχομένων· δύο μὲν, αὐτὶ συγγράφων τῆς προικὸς ἰσοδυναμόντων· τοῦ δ' ἑτέρου δοθέντος τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὴν γυναῖκα σκηπτομένου. καὶ μὴ ἐπερωτᾶσθαι ἢ καταγράφεσθαι παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἰσομέτρου τῆς ἐπαγομένης αὐτῷ προικὸς προγαμιαίαν δωρεάν.

δ Καὶ ἐὰν δέησει τὴν γυναῖκα παῖδων αὐτῷ πρὸ τοῦ ἀνδρὸς τελευτῆσαι, τετάρτην μοῖραν καὶ μόνον ἐκ πάσης (ὡς εἴρηται) ὁμολογηθείσης παρ' αὐτοῦ προικὸς εἰς ἴδιον κέρδος ἐγκρατῆ αὐτὸν, καὶ τὸ ὑπόλοιπον ἡμιστέταρτον μέρος τῆς τοιαύτης προικὸς ἢ εἰς οὖν ἐκ τελευτῆς αὐτῆς βουλήσεως κληρονόμους ἀποκαθίσεσθαι, ἢ εἰς οὖν ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένους αὐτῆ κληρονόμους ἀποδίδοσθαι.

ε Εἰ δὲ ὁ ἀνὴρ πρὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς παίδων ἐκτὸς ἀποβιώσει, ὁμοίως πρὸς τῆ ἐντολῆ ἀποκατάστασει τῆς ὁμολογηθείσης αὐτῆ προικὸς, καὶ τέταρτον μέρος τῆς τοιαύτης προικὸς ἐκ τῶν ἐγκαταλειφθέντων τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς παντοίων

παντοίων πραγμάτων ἐπ' ὀνόματι κάστου εἰς κέρδος εἰκεῖον λαμβάνειν αὐτὴν, καὶ τὴν *al. αὐτὸ πρεσβυτέραν * αὐδρῶαν ἅπασαν ὑπαρξιν ἢ εἰς οὖν ἐκ τελευτῆς αὐτὸ βουλήσεως, ἢ εἰς οὖν ἐξ ἀδιαθέτου αὐτὸ κληρονόμους περιέρχεσθαι.

ς Εἰ δὲ παίδων ὑπόντων ὁ ἀνὴρ πρὸ τῆς οἰκείας γαμετῆς τελευτήσει, τὴν γυναῖκα, ἤγουν τὴν τῶν αὐτῶν τέκνων μητέρα, ἐγκάτοχον τῆς τε προικὸς αὐτῆς, καὶ αὐδρώας ἁπάσης ὑπάρξεως εἶναι, καὶ αὐτὴν τὴν πᾶσαν τοῦ οἴκου ποιεῖσθαι φροντίδα τε καὶ διοίκησιν, προδήλως δημοσίαν ἀναγραφὴν ποιουμένης αὐτῆς, ἥτοι ἐμβέντων πάσης τῆς καταλιμπανομένης ὑπὸ τοῦ αὐδρὸς αὐτῆς περιουσίας ὑπάρξεώς τε καὶ περιουσίας, συγκειμένων ἐν τῆ τοιαύτη ἀναγραφῆ καὶ τῶν προικιμαίων αὐτῆς πραγμάτων, καὶ ἃ ὕπεισιν αὐτῆ καὶ ἐν ἐξωπροικοις, ὀφειλούσης αὐτῆς τὰ ἐξώπροικα δεῖξαι δι' ἐνεργῶν συστάσεων, ὡς παῖδα εἰσήγαγεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ αὐδρὸς αὐτῆς, καὶ φαίνονται μετὰ τὴν αὐτὸ τελευτὴν, μὴ δυναμένων τῶν αὐτῆς τέκνων αὐτηκαθίσεσθαι αὐτῆ, ἢ ὀφειλητὴν παρ' αὐτῆς πατρῶαν ὑπόστασιν. πενθαντίον μᾶλλον καὶ πᾶσαν τιμὴν, καὶ ὑπακοὴν, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἐντολὴν, προσαγόντων αὐτῆ ὡς μητρὶ· προδήλως ὀφειλούσης αὐτῆς, καθὼς πρέπει γονεῦσι, τὰ τέκνα, ἐκπαιδεύειν τε, καὶ γαμοσολεῖν, & προῖκα ἐπιδιδόναι, καθὼς αὐ βουληθείη.

ne casus non exstantium liberorum pro lucro suo capiet: & omne, quodcumque superest, patrimonium eius, vel ad heredes ex suprema ipsius voluntate, vel ad eos, qui ab intestato ei succedunt, perueniet.

6 Quod si liberis exstantibus, ante coniugem suam maritus decesserit: vxor, id est, eorumdem liberorum mater, in potestate sua tam dotem ipsam, quam vniuersum mariti patrimonium retineat, & vniuersam domus ipsa curam & administrationem gerat, vbi palam descriptionem publicam fecerit, hoc est, inuentarium totius, quod a marito suo relinquitur, patrimonii; & omnis generis facultatum, adiectis eidem descriptioni vel inuentario cunctis etiam bonis suis dotalibus, & iis, quæ in rebus extra dotem constitutis habet: quæ quidem extradotalia demonstrare per efficaces probationes debet, ea se scilicet in viri sui domum adtulisse, iamque post mortem illius exstare; non habentibus eius liberis, in quo resistant, vel paternam ab ea substantiam reposcant: sed potius e contrario nullum non honorem & obedientiam, iuxta Dei præceptum, ei tamquam matri deferentibus: quum interim haud dubie debeat ipsa, veluti parentes decet, educare liberos, & collocare nuptum, & dotem constituere, prout ipsa voluerit.

ζ Εἰ δὲ συμβῆ αὐτὴν εἰς ἕτερον πρελθεῖν σωοικέσιον, ἀδεαν ἔχειν τὰ τέκνα αὐτῆς παρεσῶ αὐτὴν, καὶ πάντα τὰ πατρῶα αὐτῶν πράγματα ἀνελλιπῶς νομίζεσθαι, τὴν εἰσενεχθεῖσαν παρ' αὐτῆς τῷ πατρὶ αὐτῶν προῖκα καὶ μόνον, σὺν τῆ δοθησομένη παρ' αὐτὸ ἐν ἐπωνῆσθ τῆς προικὸς αὐτῆς δωρεᾶ, παρέχοντας αὐτῆ.

7 Iam si contigerit ad aliud eam matrimonium transire, facultatem liberi eius habeant, eam dimittendi, & omnia paterna bona sua, nullis deficientibus, recipiendi: modo solam dotem ab ipsa patri eorum allatam, vnà cum donatione, quam in eam dotis augendæ caussa contulit, matri præstent.

η Εἰ δὲ παίδων ὑπόντων ἡ γυνὴ πρὸ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς τελευτήσει, τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ἤγουν τὸν πατέρα τῶν τέκνων αὐτῶν, ἐγκάτοχον τῆς τε προικὸς αὐτῆς, καὶ τῆς ἐν ἐξωπροικοις πάσης αὐτῆς ὑπάρξεως εἶναι, ὡς ὑπεξουσίων αὐτῶν τυγχανόντων, καὶ αὐτὸν τὴν πᾶσαν τοῦ οἴκου ποιεῖσθαι φροντίδα τε καὶ διοίκησιν, μὴ δυναμένων τῶν τέκνων αὐτοῦ αὐτηκαθίσεσθαι αὐτοῦ, ἢ ὀφειλητὴν παρ' αὐτοῦ μητρῶαν ὑπόστασιν· πενθαντίον μᾶλλον καὶ πᾶσαν τιμὴν, καὶ ὑπακοὴν, καθὼς ἁρμόζει

8 Si vero liberis exstantibus, ante maritum suum mulier decesserit: maritus eius, hoc est, ipsorum liberorum pater, tam dotem, quam omnia bona in rebus extra dotem positis constituta, sua in potestate retinebit, quum & illi patris adhuc in potestate sint: qui curam domus, & administrationem vniuersam geret, nullam liberis facultatem habentibus aduersandi patri, vel maternam ab eo substantiam reposcendi: sed e contrario potius omnem honorem & obedientiam, sicuti parentibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuenit, ei tam verbis, quam ipsa re deferentibus, secundum id, quod perscriptum legimus: Tam facto, quam verbis honora patrem tuum, matremq; tuam: vt ab eis votum super te veniat. Quippe votum patris liberorum familias suscit, & exsecratio matris fundamenta earum radicitus euertit. Nam eorum procreati sunt opera, & quid eis reddent eiusmodi, quale consequuti sunt ab ipsis? Hæc enim & Paulus apostolus confirmans, dixit: Vos liberi parentibus vestris obedite. Nam hoc fieri par & æquum est. Vos parentes ne prouocate liberos vestros ad iram, sed eos in doctrina & *lege Domini educate.

*al. monitis

9 Quod si vsuenerit, vt hic etiam ad alterum matrimonium progrediatur, liberis adhuc impuberibus: materna illorum bona citra decrementum & imminutionem ab eo custodiantur.

10 Sin ætatem legitimam adtigerunt, citra deliberationem ipsis ea bona, siquidem ita voluerint, exhibeantur.

11 Quod si coniugum alteruter, siue maritus, siue vxor, absq; secundo matrimonio suis a liberis secedere voluerit, iis necdum adultis: nullam id agendi licentiam habeat, sed eorum curam & administrationem suscipiat, quemadmodum apostolus ille dixit: Vidua, quæ liberos aut nepotes habet, primum discat in propriam domum pietatem exercere. Nam id acceptum est coram Deo.

12 Si vero liberi plenam & perfectam ad ætatem peruenerunt, & ad tractanda vitæ negotia se contulerunt, iamq; suæ administrationi obeundæ sufficiunt, & parentum alteruter ab eis secedere voluerit: eiusmodi persona licentiam habeat, vt præter rerum suarum retentionem, etiam vnius ex liberis portionem, pro numero liberorum, accipiat.

13 Si vero quis ob artam rerum suarum conditionem, vel humilitatem, cum existimatione quadam, & interueniente scriptura, nuptias exsequi nequeat: etiam citra scripturam matrimonium cõtrahitur sine dolo malo, contrahentium personarum & parentum earum cõsensu: siue hoc in ecclesia per benedictionem, siue coram quinque amicis notum fiat. Sed & quilibet mulierem liberam in domum suam deducens, & administrationem ei familiæ suæ committens, & in carnales cum ea complexus veniens, citra scripturam matrimonium cum ea contrahit.

14 Quod si nullis ex ea liberis susceptis, eã

γονεῦσι, πρεσυγαγόντων αὐτῷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα ἐπέλθῃ σοι εὐχὴ παρ' αὐτῶν. Εὐχὴ γὰρ πατρὸς σκελίζει οἴκους τέκνων, κατάρα δὲ μητρὸς σκελοῖ τὰ θεμέλια. δι' αὐτῶν γὰρ ἐχυνήθησαν, καὶ τί αὐτοπεδώσουσιν αὐτοῖς, καθὼς αὐτοὶ ἐκείνοις; Ταῦτα γὰρ καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος βεβαιῶν, ἔφη· Τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν. τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον. οἱ γονεῖς μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἀλλ' ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ *νόμῳ κυρίου.

*al. νουθεσίᾳ

θ Εἰ δὲ συμβῇ *καὶ τοῦτον εἰς ἕτερον πελθεῖν σωοικέσιον, τῶν τέκνων αὐτοῦ ἀνηλίκων ὄντων αὐτοῦ εἰς τυγχανόντων, ἀμείωτα παρ' αὐτοῦ τὰ μητρῶα ἕτερον ἐλφυλάττεσθαι πράγματα.

*al. συμβῇ

ι Εἰ δὲ ἐνόμισε ἡλικίας τῶν τέκνων ἅπτεσθαι, ἐθέλουσιν, διαιρεῖσθω τὰ γιαῦτα αὐτῶν πράγματα παρέχεσθαι αὐτοῖς.

ια Εἰ δὲ θελήσῃ ἐκ τοῦ ἀνδρογύνου εἴτε ὁ ἀνὴρ, εἴτε ἡ γυνὴ, χωρὶς δευτερογαμίας ἐκ τῶν ἰδίων τέκνων ἀναναχωρῆσαι, ἀνηλίκων αὐτῶν τυγχανόντων, μὴ ἔχειν αὐτὸν ἄδειαν ἕτερα πρᾶξαι, ἀλλὰ τῶν γόνων πιστεύσαι φροντίδα τε καὶ διοίκησιν, καθὼς εἶπεν ὁ ἀπόστολος· ἐπὶ χήρας ἔχουσι τέκνα ἢ ἔγγονα, μανθανέτω πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. ἔστο γὰρ ἐστιν ἀποδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

ιβ Εἰ δὲ τῶν ἐντελῶν εἰσὶ τὰ τέκνα, καὶ εἰς βίον πρεῖλθον, καὶ δυνάμενα τῇ ἰδίαν διοίκησιν πιεῖν, καὶ θελήσῃ τις ἐκ τῶν γονέων ἀπαναχωρῆσαι ἐξ αὐτῶν, ἐὰν ἀδείας ἔχειν τὸ τοιοῦτον πρόσωπον μὴ τῶν ἰδίων πραγμάτων ἐγκράτησιν, καὶ ἑνὸς παιδὸς μοῖραν λαμβάνειν αὐτόν, πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν τέκνων.

ιγ Εἰ δὲ κατὰ γένωσιν ἢ Δι' ἀπορίαν μὴ δυνηθῇ τις δευτερολήπτως καὶ ἐγγράφως ποιῆσαι γάμον, καὶ *ἀγράφως συνίστασθαι γάμον ἀδόλως, συναινέσῃ τῶν συναλλασσόντων φρονησάντων, καὶ τῶν τούτων γονέων, εἴτε ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦτο δι' εὐλογίας, ἢ καὶ ἐπὶ φίλων πέντε *γνωρισθείη. ἀλλὰ καὶ οἱοσδήποτε εἰσὶν ἐλεύθεροι γυναῖκα ἐλευθέραν, καὶ καταστέσθων αὐτῇ τῷ τοῦ ἰδίου οἰκήσιν, καὶ τούτῳ *σαρκικῶς συμπλεκόμενον, ἄγραφον συναλλάσσεσθαι πρὸς αὐτὸν γάμον.

*al. ἄγραφα
*al. γνωρισθῇ
*al. συγκοιτιζόμενον

ιδ Ἐὰν δὲ ἐξ αὐτῆς μὴ παιδοποιήσας πρόαγθείη

*al. συνοικεσίας

ἐκδιῶξαι αὐτὸν ἐκ τοῦ πρὸς αὐτὸν *συνοικήσεως, αἰτίας νόμῳ ἐγνωσμένης ἐκτὸς, δίδοναι αὐτῇ πρὸς τῇ ἀποκαταστάσει τῶν εἰσενεχθέντων παρ' αὐτῆς πραγμάτων, καὶ τέταρτον μέρος τῆς αὐτοῦ οὐσίας.

ιε Εἰ δὲ ἄπορῳ γυναικὶ πρὸς νόμιμον γάμον συναφθῇ τις, καὶ τελευτήσῃ ὁ αὐτῆς παίδων ἢ διοικήσεως χωρὶς, κομίζεσθαι τὴν γυναῖκα ἐκ τῆς ἀνδρώας ὑποστάσεως ἕως τρίτον ἐξ ἀπαιδίας κάσσου μέρος τέταρτον, κατὰ τὴν ἀπορίαν τοῦ ἀνδρὸς, ἕως τῶν δέκα λιτρῶν. εἰ δὲ ἐπάνω τῶν δέκα λιτρῶν ἀπορεῖ ὁ αὐτὴρ, μὴ ἔχειν αὐτὴν ἄδειαν, ἕτερόν τι κομίζεσθαι, πλὴν τῶν δέκα λιτρῶν, ὡς προειρήκαμεν, καὶ τὰ ὑπόλοιπα προειέρχεσθαι εἰς τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου αὐτοῦ κληρονόμους, ἢ μὴ ὄντων κληρονόμων, εἰς τὸ μέρος τὸ δημόσιον.

ιϛ Δευτεροπαθείας σωίσης ἢ ὅπου τοῖς μὴ κεκωλυμένοις προσώποις, εἴτε ἐγγράφως, εἴτε ἀγράφως, οὕτως. εἰ μὲν παίδων χωρὶς, ἀπειλείσθω συναλλάσσειν καὶ τοὺς αὐτοτέρω *διειλημμένους τρόπους.

*al. διειλημμένους

ιζ Εἰ δὲ παῖδες εἰσὶ τῷ δευτεροπαθοῦντι προσώπῳ, μὴ ἔχειν αὐτὸν ἄδειαν χαρίζεσθαι τῇ δευτέρᾳ γυναικὶ πλείω ἑνὸς παιδὸς *μοίρας, τὸ ἐκ τῶν προτέρων αὐτοῦ γάμων, ἐκ τῶν ἰδίων πραγμάτων, καθ' *οἱανδήποτε φιλοτιμίαν. ὁμοίως ἢ τὸ αὐτὸ *φυλαττέσθω καὶ ἐπὶ τῆς δευτεροπαθούσης γυναικὸς, προδήλως τούτης τὸν δόσιν καιρὸν τῆς πλούτης πρώτης αὐδρὸς φυλαττήσης δωδεκαμηνιαῖον χρόνον.

*μοίρας
*οἱανδήποτε φυλαττέσθω

ιη Εἰ δὲ μὴ περατωθέντος τοῦ καιροῦ τούτου *δευτεροπαθήσῃ ἄπρακτον ἔχειν μηδὲν ἐκ *προτέρου αὐδρὸς κερδαίνεσθαι καθ' οἱονδήποτε τρόπον. φυλαττήσης ἢ αὐτῆς, ὡς εἴρηται, τὸν ὡρισμένον χρόνον, κομίζεσθαι αὐτῇ τὰ ἰδιαπροῖκα, μὴ καὶ τὰ ὡς εἰκὸς δοπχαριζθέντων αὐτῇ ἐν ἐπιπλοῦσι τοῦ προικὸς αὐτῆς. ὡσαύτως ἢ καὶ αὐδρα εἰς ἕτερον προερχόμενον συνοικέσιον, μηδὲν ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς λαμβανέτω. εἰ ἢ ὑπάρχουσιν αὐηλικοι παῖδες, τὰ τούτων πράγματα παραφυλάττειν αὐτὸν, μέχρις αὐ τῶν ἐντελῶν γένωνται.

*al. διαμήσῃ
*al. πρώτου

ιθ Εἰ ἢ καὶ τῶν ἐντελῶν εἰσὶ, παρέχεσθαι αὐτοῖς ἀπαντύσῃ ἤδη τὰ μητρῶα αὐτῶν ἐντελῶς πράγματα.

κ Εἰ ἢ καὶ τεκνοποιήσῃ ἐκ τοῦ δευτέρας γυναικὸς, καὶ συμβῇ αὐτὸν πλούτησαι ἄδηλον ἔχειν καὶ τὰ πρῶτα τὰ δευτεροπαίδια τὸ ἴδιον κληρονομεῖν πατέρα, ὁμοίως καὶ τὴν μητέρα.

κα Ἡ δευτεροπαθοῦσα γυνὴ, ἔχουσα ἐκ τοῦ πρώτου γάμου παῖδας, αἰτείτω πρὸ τοῦ συναλλά-

expellere conatus fuerit e contubernio suo, sine caussa legibus adprobata: præter restitutionem earum rerum, quas ipsa, ceu credi par est, ad eum adtulit; quartam quoque bonorum suorũ partem ei dabit.

15 Quod si quis inopi mulieri matrimonio legitimo coniunctus fuerit, & maritus absque liberis & intestatus decesserit: accipiet vxor de maritibonis, nomine casus liberorum non exstantium, partem quartam, pro mariti facultatibus, ad decem vsq; libras. Quod si mariti facultates eæ sint, vt quarta pars decem libras excedat: nullam ea licentiam habeat amplius capiendi, quam illas decem libras, vt ante diximus: & quæ reliqua sunt, ad mariti heredes ab intestato; vel iis non exstantibus, ad fiscum peruenient.

16 Secundæ nuptiæ contrahuntur a personis non prohibitis, siue in scriptis, siue citra scripturam, in hunc modum. Siquidem liberis careant, citra disceptationem iuxta modos superius expositos contrahant.

17 Sin persona secundas nuptias contrahens, liberos habet; non liceat ei secundæ personæ plus, quam vnius ex liberis de priori matrimonio suscepti portionem, ex bonis suis quocumque largitionis modo, donare. Consimiliter & in muliere, quæ secundo se nuptum collocat, idem hoc obseruetur: nimirum ea duodecim mensium tempus, a morte prioris mariti, seruante.

18 Quod si hoc tempore necdum finito secundas ad nuptias transierit, infamis erit: nec a marito priori quidquam vllo modo lucrabitur. At vero si præstitutum, ceu diximus, temporis spatium seruet: dotem suam accipiet, vna cum donatis ei forte rebus dotis augendæ gratia. Eodem modo maritus quoque secundas ad nuptias sese conferens, nihil ab vxore priori consequetur. Quod si exstent impuberes liberi, tantisper eorum res ipse custodiet, donec adulti facti fuerint.

19 Sin iam adoleuerunt, ab eo ipso tempore statim eis in solidum bona materna tradantur.

20 Quod si subolem ex altera coniuge susceperit, & ipsum decedere contigerit: facultas esto tam primis, quam secundis liberis, patri suo succedendi; eodemque modo & matri.

21 Mulier secũdas nuptias cõtrahens, quæ de priori coniugio liberos habet, ante secundi ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trimonii contractum liberis suis tutores petat, & ita contrahat. Quippe si hoc factum non fuerit, & sunt ipsius, & erunt secundi mariti bona obligata nomine restitutionis earum rerum, quæ ad minores ex successione paterna pertinent.

TITVLVS XIII.
DE SOLVTIONE MATRIMONII.

1 INdissolubilem eorum, qui sub lege matrimonii vnà viuunt in Domino, coniunctionem esse: ipsa nos opificis & creatoris omnium Dei sapientia docuit. Is enim, quum hominem de nihilo rerum in naturam produxisset: non ad eumdem modum & mulierem fingere voluit, quamuis id facere posset: verum hanc e viro condidit, vt vnitæ copulatæq; sapienter vnius in personis duabus carnis inseparabilem coniunctionem sanciret. Quamobrem nec mulierem, quæ suggestione serpentis, illius amaræ viro degustationis occasionem præbuerat, ab eo separauit: nec vicissim virum, qui herile mandatum vnà cum coniuge violare fuerat ausus, ab ea seiunxit: sed peccatum puniuit, coniugiũ minime dissoluit. Huic ergo nos efficaci, & rursus ipsius conditoris pronuntiatio confirmatæ legi, quum a Phariseis interrogaretur, an homini qualibet ex caussa suam vxorem repudiare liceat, & ipse responderet, a Deo coniunctos nequaquam ab homine separandos, extra causam scortationis: huic ergo nos & insistentes, & obtemperantes, nequaquam aliud quidpiã de hoc statuere volumus. Sed enim quum ipsa malitiæ species nimiopere se pluribus hominibus ingerat, eaq; de caussa quoties parum amãter erga se inuicem adfecti sunt, ex variis caussis, quæ nonnunquam ita comparatæ non sunt, consuetudinem vitæ mutuam dirimant: diserte inseri huic legum promulgationi, quibus ex caussis matrimonia soluantur, necessarium duximus.

Maritus ab vxore propter hasce causas dirimitur:

2 Si vxor eius scortata fuerit. Si quocumq; modo insidiata fuerit eius vitæ, vel alios insidiari sciens, idipsum ei non detexerit. Si leprosa sit.

3 Similiter & vxor a marito propter hasce caussas separatur. Si maritus a tempore matrimonialis contractus cum vxore sua triennio coire nequiuerit. Si quocumq; modo vitæ vxoris insidias struxerit, vel quum alios struere sciret, idipsum ei non indicauerit. Si denique leprosus sit.

γματος. Ἐ δευτέρᾳ γάμῳ ἐπιτρέπους τοῖς παισὶν αὐτῆς, Ἐ ἅτως σωαλλαστέτω. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἠβούλοντο, ὑπεύθυνα τὰ αὐτῆς εἶσι, Ἐ ἐ δευτέρᾳ αὐτῆς ἀνδρὸς πεφύματα ἠβούλοντο ἐπὶ τῇ ἀποκαταστάσει τῶν ἀφηκότων τοῖς νέοις πατρικῶν αὐτῶν πεφυμάτων.

ΤΙΤΛΟΣ ΙΓ.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΟΥ γάμου.

α Τῆς ἀδιαλύτου τῶν γαμικῶς ἐν κυρίῳ συμπεπλεγμένων ἑνώσεως ἡ Ἐ κτίσαν Ἐ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων θεῖα σοφία ἀπ' ἀρχῆς ἐδίδασκαλος. αὐτὸς γὰρ εἰς τὸ εἶναι πρόσαγαγὼν ἐξ οὐκ ὄντων τὸν ἄνθρωπον, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Ἐ τὴν γυναῖκα πλάσας τρόπον ἠθέλησε, καὶ ὥσπερ δυνάμενος, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τοῦτο ἐδημιούργησεν, ἵνα τῆς ἑνωμένης σοφῶς μιᾶς ἐν δυσὶ σώμασι σαρκὸς τῆς συζυγίας νομοθετήσῃ τὸ ἀδιάζευκτον. ὅθεν οὐδὲ τὴν γυναῖκα τῇ ὑποθήκῃ τοῦ ὄφεως τῆς πικρᾶς τῷ ἀνδρὶ καταρξάσαν γεύσεως, ἀπὸ τούτου ἐχώρισεν· οὐδ' αὖ τὸν ἄνδρα τῆς δεινοτικῆς ἐντολῆς τὴν παράβασιν τῇ ὁμοζύγῳ συνεργασάμενον, ταύτης διέζευξεν· ἀλλὰ τὴν μὲν ἁμαρτίαν ἐκόλασε, τὴν δὲ συζυγίαν οὐκ ἔλυσε. Ταύτην τὴν ἐνεργεῖ νομοθεσίαν αὐθις καὶ λόγῳ κυρωθεῖσαν ἀπὸ τοῦ κτίσαντος, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τῶν Φαρισαίων πρὸς αὐτὸν ἐρωτήσεως, εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ἀπολύειν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀποκριθέντος, ὃν *συνέζευξεν ὁ θεὸς ζεύχθέντας μηδαμῶς ὑπὸ ἀνθρώπου παρεκτὸς λόγου πορνείας χωρίζεσθαι, ἐξαχθλιθέντες πρὸς πάντων ἡμεῖς ἕτερόν τι νομοθετῆν ὑπὲρ τούτου βουλόμεθα. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ τῶν κακίας εἰδῶν ἅπασι μᾶλλον τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐμπολιτεύεται, καὶ ἐντεῦθεν ἀγαπητικῶς πρὸς ἀλλήλους μὴ διακείμενοι, καὶ πολλὰς αἰτίας, καθ' ἃς ποτε μὴ ὄντας φιλοῦντας, ποιοῦνται τῶν ἑαυτῶν συμβιώσεως *τὴν διάζευξιν, ῥητῶς ἐνδεῖναι τῇ παρούσῃ νομοθεσίᾳ, δι' ὧν τὰ συνοικέσια λύονται, τῶν αἰτίων δεόντων σκοπεῖσθαι.

*al. ἢ διαζεύξιν, ἐκτὸς ἐνδεῖναι

Λύεται ὁ ἀνὴρ ἀπὸ γυναικὸς διὰ ταύτας αἰτίας.

β Ἐὰν ἡ γυνὴ αὐτοῦ πορνεύσῃ. ἐὰν ἐπιβουλεύσῃ οἱῳδήποτε τρόπῳ τῇ ζωῇ αὐτοῦ, ἢ ἐπιτεμένῃ ἑτέρᾳς ἐπιβουλεύσας, μὴ κατεμήνυσῃ αὐτῷ. ἐὰν λωβᾶται ἐστιν.

γ Ὁμοίως ἢ καὶ ἡ γυνὴ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς διὰ ταύτας αἰτίας χωρίζεται. ἐὰν ἀδυνατήσῃ ὁ ἀνὴρ ἐπὶ τριετίαν ἀπὸ καιροῦ τοῦ γαμικοῦ συναλλάγματος τῇ οἰκείᾳ μιγῆναι γυναικί. ἐὰν ἐπιβουλεύσῃ οἱῳδήποτε τρόπῳ τῇ ζωῇ αὐτῆς, ἢ ἐπιτεμόμενος ἄλλας *ἐπιβουλὰς μὴ κατεμηνύσῃ αὐτῷ. καὶ ἐὰν λωβός ἐστιν.

*al. ἐπιβουλὰς

δ. Εἰ

δ Εἰ ἢ συμβῇ ἐξ αὐτῶν ἕνα μὴ τὸν γάμον ὑπὸ δαίμονος. *κωλυθῆναι, καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας ἀπ' ἀλλήλων μὴ χωρίζεσθαι. αὖθις δὲ τῶν αἰτιῶν τούτων τῶν γνωρίζομένων, μὴ δύνασθαι ἀνδρόγυνον διαλύεσθαι, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὅπερ ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.

*al. κρουθῆναι.

4 *At si contigerit, vt alteruter eorum post initum matrimonium occupetur a malo genio: non possunt ex huiusmodi caussa a se inuicem separari. Absq; his vero caussis cognitis, viri mulierisque consortium dirimi non potest, secundum id, quod scriptum est: Quos Deus coniunxit, homo ne separet.*

ΤΙΤΛΟΣ ΙΔ.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑΓΡΑΦΕΙΣΗΣ ΠΡΟΙΚΟΣ, Ἐ μὴ ἀποδοθείσης, Ἐ περὶ δικῆς προικός.

α Ὁμολογῶν ἐγγράφως ἢ ἀγράφως ὑποδέξασθαι προῖκα, μὴ πληρουμένης αὐτῆς, μείζων τῶν κε ἐτῶν ἄδειαν ἔχει μὴ τὸν γάμον μέχρι πενταετοῦς χρόνου καὶ μόνον τοῦτον ἀπαιτῆσαι, καὶ ἁπλῶς νομίζεσθαι, ὡς παρόντων τῶν γονέων τὸ κύρος τὰ ὑποχεθέντα αὐτῷ ἀποπληρῶσαι.

β Εἰ ἢ τοῦτο μὴ ποιήσῃ, Ἐ ἀμελήσῃ ταῦτα ἀποπληρωθῆναι, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν τῷ μέρει τῶν γυναικὸς, κατὰ τὴν δυνάμιν τῶν παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντων. ἤτοι ἢ τῶν ἀρχῶν, μὴ τῶν ἀποπληρωσιν τῶν κεινταετῶν, ἢ ἑτέρων πέντε χρόνων, δυνάμει ἀπαιτῆσαι τοῦτο ὑποχεθεῖσαν αὐτῷ προῖκα. κατὰ τὸν αὐτὸν ὁμολογίαν. περαιουμένης γὰρ κατὰ τὸν ἐντελῆ χρόνον τῆς ὁριθείσης *τοῦ προθεσμίας, μὴ ἐχέτω αὐτὸν ἄδειαν κινεῖν *τοῦ τῆς ἀναργυρίας τοιαύτης ὁμολογηθείσης προικός· ἀλλὰ ὑποκείσθω αὐτὸν, κατὰ εἰρήνην, τῷ μέρει τῆς γυναικὸς, κατὰ τὰ παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντα.

*τοῦ προθεσμίας

*ἀναργυρίαν

γ Ἡ γυνὴ εἰσάγουσα προῖκα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, εἰ συμβῇ ὑπὸ συμφορᾶς ἰδίους τὸν ἄνδρα ὑποπεσεῖν εἰς ζημίας, ἢ εἰς χρέη, εἴτε τῷ δημοσίῳ, ἢ ἑτέρῳ προσώπῳ, καὶ πλοῦτος μὴ ἔχειν ἄδειαν μήτε τὸ δημόσιον, μήτε ἕτερον ἄνθρωπον, ἐπιβαίνειν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐπόρασί τι, μέχρις ὅτου ἡ γυνὴ τὴν ἰδίαν αὐτῆς προῖκα ὑποπληρωθῇ. μὴ ἢ τῶν τῆς πλήρωσιν, τὰ ὀφειλόμενα καὶ *ἀναλογίαν οἰκείαν ὠφελέτω μεμελέσθωσαν.

*ἀναλογίαν

TITVLVS XIV.
DE DOTE SCRIPTA, ET NON NVMERATA. DEQVE iure dotis.

1 QVi cauet in scriptis, vel sine scriptura, se dotem accepisse: si ea non soluatur, maior annis viginti quinque licentiam habet, eam post nuptias ad quinquennium vsq; dumtaxat petendi, & in solidum accipiendi, quum puellæ parentes promissa præstandi facultatem habent.

2 Si hoc non fecerit, & impleri promissa neglexerit: mulieris parti tenetur, iuxta vim cautionis, quam exposuit. Quod si minor est, post completos viginti quinque annos & aliud præterea quinquennium, petere promissam dotem potest, secundum cautionẽ ipsius. Nam integre finito illo temporis determinato spatio, licentiam non habet agendi de non numerata dotis illius cauta pecunia: sed tenetur, vti dictum est, parti mulieris prout ipse cauit.

3 Quum mulier marito suo dotem adfert, si aduerso quodã casu accidat, vt damnis maritus adficiatur, vel æs alienum contrahat, siue erga fiscum, siue aliam erga personam, ac viuendi finem faciat: nec fiscus, nec quispiam alius licẽtiam habet inuadendi domum eius, & aliquid auferendi, donec ipsi mulieri dotis suæ nomine satisfactum sit. Qua soluta, quæ supersunt, pro rata creditores inter se partiantur.

TITVLVS XV.
DE SIMPLICIBVS DONATIONIBVS, HOC EST, QVVM statim vsus & proprietas rerum, vel proprietas earum dumtaxat; aut post mortem alicui relinquuntur: deq; causis, ex quibus donationes huiusmodi rescindantur.

1 CItra scripturam simplex fit donatio, quum quis rem aturam ætatẽ attigit, apud quinque testes, vel apud tres, tibi quædam suis ex rebus donauerit. Quinque quidem testes

α Ἀγράφως ἀπλῆ δωρεὰ συνίστατο, ὅτε λίς τῶν ἐντελῶν ἐπάρχων χρόνων, πέντε, ἢ καὶ τριῶν μαρτύρων, δωρήσατο σοί τινα, τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων· πέντε μὲν μαρ-

*ἄγραφος

sunto, in locis recte constitutis, & vbi reperiuntur homines: tres vero, in locis solitariis, & vbi numerus quinque hominum nō inuenitur.

2 Per scripturam simplex donatio fit, quū ab eo, qui perfectam ætatem agit, subscriptio composita fuerit; eademque iuxta prædictum modum apud quinque, tres ve testes, ad hos vocatos, testimoniis comprobata, & absoluta.

3 At si quis donationem in aliquem hac lege fecerit, vt is post obitum ipsius res sibi donatas capiat, & confestim proprietatem dum taxat ei donauerit: hæc quoq; donatio, scriptura interueniente, apud testes quinque, vel tres fiat: secūdum eos modos, qui antea sunt expositi.

4 Quæ propter expectationem mortis fit donatio, siue quæ post excessum donantis ex hac vita robur habet, etiam ipsa perinde fit, vt superius est indicatum: perque donatoris, & quinque vel trium testium subscriptionē, perficitur.

5 Quod si donator ipse per scripturam in eadem donatione sua disposuerit, vt pœnitere posset, vel eiusmodi donationem reuocare: rata abe- a condicio, tantummodo vt exprimatur eius dispositio tam in cōtextu, quam ipsius subscriptione.

6 Omnis donatio propter causſas huiusmodi rescinditur. Si is, cui sit donatio, ingratus erga donatorem inuentus fuerit. Si atroces illi iniurias intulerit, aut eum verberauerit, aut maximo damno adfecerit, aut vitæ ipsius fuerit insidiatus, aut si pactis conuentis, ob quæ donatio vel in scriptis, vel citra scripturam facta fuit, satisfactum non erit. Nam si harum causſarum vel vna in iudicio probetur, vti dictum est, donatio rescinditur.

TITVLVS XVI.
DE PERSONIS TESTARI PROHIBITIS, ET DE TESTAMENTIS tam in scriptis, quam *citra scripturam.

*nuncupatiua nostri vocant.

1 TEstari prohibentur, qui ex morbo quodam in alienatione mentis constituti sunt, & nondum adulti. Ac mares quidem, qui minores sunt annis quindecim: fœmina vero, tredecim annis minores.

2 Qui semper furiosi sunt, & in potestate constituti, peculii tamen rebus exceptis. De his vero, quæ data sunt ipsis ac parentibus dotis nomine, testandi licentiam non habent.

3 Qui sunt in captiuitate. qui a natiuitate surdus & mutus est. At qui ex infirmitate

τύρων, εἰς τόπους σωιζομένους, καὶ ὀλισκομένων ἀνθρώπων· τριῶν ἢ εἰς τόπους ἐρήμους, ἐ μὴ ὀλισκομένων ἕξ ἀριθμῷ τ πέντε.

β Ἐγγραφῶ ἀπλῆ δωρεὰ σωίζε), ὅτι ὑπὸ ἕ πλέον ἄγοντ ἡλικίαν σωζιγῆ ὑπογραφῆ. καὶ κ τ προγραμμένον τρόπον, ὅτι πέντε ἢ τριῶν μαρτύρων, ὅτι ἕ τῶ προσκληθέντων, ἐγγράφως μαρτυρηθῆ κ ὀπολυθῆ.

γ Εἰ δέ τις ποιήσ δωρεὰν εἰς ἕνα, πρὸς τὸ μ τ πλοῦτον αὐτ λαβεῖν τὰ δωρηθέντα αὐτῷ πράγματα, κ ἀπεντυθὲν ἤδη τ διατυπώσεων καὶ μόνα δωρήσ) αὐτῷ· κ τ τοιαύτῳ δωρεὰν ἐγγράφως ὅτι πέντε ἢ τριῶν μαρτύρων γίνεσθαι, κ οὕτ προγραμμένους τρέπους.

δ Ἡ διὰ προσδοκίαν θανάτου δωρεά, ἥτις μ ὑποδίωσιν ἕ δωρεμένου πρὸς σύστασιν ἔχουσα, γίνεται καὶ αὐτή, ὡς αὐωτέρω δεδήλωται, διατ ἕ δωρουμένου, ἐ πέντε ἢ τριῶν μαρτύρων ὑπογραφῆς πληρουμένη.

ε Εἰ ἡ αὐτὸς ὁ δωρούμενῶ διατάξηται ἐγγράφως ἐν τῇ αὐτῇ δωρεᾷ αὐτ μεταμεληθῆναι ἢ διαρρεῖσαι τὴν τοιαύτην δωρεάν· πάντως εἶναι κεκυρωμένην, μόνον ἵνα δηλωθῇ ἡ διάθεσις αὐτ καὶ ἐν τῷ ὕφει, καὶ ἐν τῇ ὑπογραφῇ αὐτ.

ς Πᾶσα δωρεὰ ἀναιρεῖσθαι διὰ τοιαύτας αἰτίας. Εἰ ὁ τὴν δωρεὰν λαβών, ἀχάρις περὶ τὸν δωρησάμενον εὑρεθῇ. εἰ τραχείας ὕβρεις ἐπενέγκῃ αὐτῷ. ἢ τύψῃ αὐτόν. ἢ μεγίστην ζημίαν ἐπενέγκῃ αὐτῷ. ἢ ἐπιβουλεύσηται τῇ ζωῇ αὐτ. ἢ τὰ συμφωνηθέντα, ἐφ' οἷς ἡ δωρεὰ ἐγγράφως ἢ ἐγγράφως ἐγένετο, μὴ πληρωθῇ. μιᾶς γὰρ ἐκ τούτων τῶν αἰτιῶν ἐν δικαστηρίῳ ἀποδεικνυμένης, ὡς εἴρηται, ἀναιρεῖσθαι.

ΤΙΤΛΟΣ ιϛ.
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΕΚΩΛΥΜΕΝΩΝ διατίθεσθαι πρόσωπα, καὶ πότε ἐν διαθηκῶν ἐγγράφων καὶ ἀγράφων.

α *Κωλύονται διατίθεσθαι, οἱ ἐκ νοσήματός τινος ἐν παραφορᾷ ὄντες, καὶ οἱ ἀνήλικοι. καὶ οἱ μὲν ἄρρενες ἥττονες τῶν δεκαπέντε ἐτῶν, αἱ δὲ θήλειαι ἥττονες τῶν ιγ ἐτῶν. *κεκώλυται

β Οἱ διάφοροι μανόμενοι, καὶ οἱ ὑπεξούσιοι, ἀπὸ τῶν ἰδιοκτήτων πραγμάτων. εἰς δὲ τὰ ἐκ τῶν γονέων ὑπαρχόντα αὐτοῖς οὐδαμῶς πρόσεστι, μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἄδειαν διατίθεσθαι.

γ Οἱ ἐκ αἰχμαλωσίας ὄντες. ὁ ἐκ γενετῆς κωφὸς καὶ ἄλαλος. οἱ δὲ ἐκ τινος ἀδυναμίας τοιαύτης

quadam in hos morbos incidunt, si litteras norint, manu propria subscribendo testamentum condant.

4 Testamentum in scriptis fit vno eodemq; tempore, coram septem fide dignis testibus, ad hoc vocatis, & eodem tempore subscribentibus & subsignantibus: quum interim testator per subscriptionem suam, aut per signum crucis Christi manu expressum, heredis in eo nomen indicare debeat, non tamen testibus ostendens, quæ dispositionis ipsius sententia sit.

5 Testamentum citra scripturam conditur, quum coram septem testibus, vnà constitutis, testator voluntatem suam conficit.

6 Quod si eo in loco, quo loco quis aut in scriptis testatur, aut citra scripturam, testes septem non inueniantur: etiam coram quinque, ac tribus, testantor. Sin pauciores tribus inuenti fuerint, irrita testatoris voluntas esto.

7 Testamento, seu dictum est, plene facto; si parentes liberos suos, aut vnum ex eis, præterierint: animum aduertant iudices. ac si quidem liberi sæpius deprehensi sunt conniti parentibus, vel aliud quidpiam ad ipsorum terrorem designasse: inconcussa maneat parentum dispositio.

8 Sin etiam post testamenti factionem adgnatus eis fuerit postumus, libertates quidem & legata secundum huiusce testamenti vim rata sunto: adgnatus vero postumus, cum reliquis hereditatem adeat, & vnà succedat.

9 Si quis vnum habeat natiuum filium, qui ad terrorem parētum quædam fecerit, & ipsos in senectute cura sua destitutos relinquat: alia vero persona quæuis adcarrat, & ipsis ministret: ideoq; velut ab hoc beneficiis adfecti, eū heredem relinquere bonorum suorum voluerint: rata & firma voluntas ipsorum esto.

10 Omnis heres ex testamento vel scripto, vel non scripto, qui dilationem interponit vsq; ad anni spatium, & supremam voluntatem non exsequitur. si defuncti filius aut nepos est, debitam sibi legitimam portionē dum taxat accipit. Si legitima portio ad quatuor vsq; liberos extēditur, partē illi capiunt patrimonii quartam: quinque liberi, & vlterius, semissem accipiunt.

11 Sin alius quispiam propinquus est, testatoris omnino bonis excidat, eaq; in relictos ipsi coheredes, legatarios, vel alios propinquos perueniant.

12 Sin heres extranea persona est, qui voluntatem dispositionis illius non implet: vniuersa possessione spolietur.

προϋπαρχόντων ἀγνοοῦντες, γράμματα γινώσκοντες, ὑπογεγράφοντες ἰδιοχείρως διατιθέσθωσαν.

δ Ἐγγράφῶ γίνεται διαθήκη ἐν ἑνὶ ἕ τῷ αὐτῷ καιρῷ ὑπὸ ἑπτὰ ἀξιοπίστων μαρτύρων, ἐπὶ τούτῳ προσκληθέντων, καὶ κ τ τούτων ὑπογεγραφότων κ σφραγιζόντων· ἕ διατιθεμένου ὀφείλοντ διὰ τ ἰδίας ὑπογραφῆς, ἢ διὰ χειροχείρου, τὸ ὄνομα ἕ κληρονόμου ἐν αὐτῇ ὑποδηλῶσαι, μὴ ἐμφαίνοντ τοῖς μάρτυσιν, *εἰ καὶ βούλεται τὰ τ διατυπώσεως αὐτοῦ. *ἀλλ βέλεται

ε Ἀγράφῶ συίζε) διαθήκη, ὅτε ὅτι ἑπτὰ μαρτύρων ἅμα ὀλισκομένων τ αὐτοῦ ὁ διαθέμενοσ πεποίηται βέλησιν.

ς Εἰ ἡ ἐν ᾧ τις διατιθῇ) τόπῳ, ἢ ἐγγράφως, ἢ ἀγράφως, ἑπτὰ μὴ εὑρίσκον) μάρτυρες, καὶ ὅτι πέντε, ἐ ὅτι πλείονες διαθέσθωσαν τὰ καθ' ἑαυτούς. εἰ ἡ ἐ ὡσαύτ τριῶν εὑρεθῶσιν, ἄκυρον ἕ διατιθεμένου ὑπάρχειν τ βέλησιν.

ζ Τῆς διαθήκης, καθὰ εἴρη), ἐντελῶς γινομένης, εἰ οἱ γονεῖς τὰ ἑαυτῶν τέκνα, εἰ καὶ ἐν αὐτῶν ἐάσωσιν ἀμνημόνευτον· τηρήτωσαν οἱ ἀκροατήν, καὶ εἰ πολλάκις εὑρεθῶσιν ἐνυβρίσαντα τοὺς γονεῖς, ἢ καί ἕτερόν τι πρὸς πλῆξιν αὐτῶν ἐνδειξάμενα, μήτω ἀπροφασίστ τ γονέων ἡ διατύπωσις.

η Εἰ ἡ ἐ μ τ τ διαθήκης πίησιν ὀπτηνηθῇ αὐτοῖς βρέφ ἐγκυμονούμενον, αἱ μὲν ἐλευθερίαι ἐ τὰ λεγάτα κ τ τοιαύτης διαθήκης κρατείτωσαν δυνάμιν· τὸ ἐγνωρίμενον σωεισερχέσθω τοῖς λοιποῖς, κ συγκληρονομείτω.

θ Ἐάν τις ἔχων ἐν γήσιον τέκνον, ὁ πρὸς πλῆξιν τ γονέων ἐρασθῇ τι, καὶ ἐν τῷ γήρει ἀπρονόητον ἑαυτὸν αὐτοῦ, πρόφασίν τ ἕτερον πρόσωπον οἱονδήν, ὑπηρετοῦν αὐτῷ, καὶ ὡς ὑπ' αὐτοῦ διεφθαρμένον, καὶ ὡς ὑπ' αὐτοῦ διεργετηθέντος κληρονόμον ἐγκαταλιπεῖν αὐτὸ τῆς οἰκείας θελήσωσιν ὑποστάσεως· ἐρρωμένου αὐτῶν ὑπάρχειν τὴν βέλησιν.

ι Πᾶς κληρονόμος ἐξ ἐγγράφου ἢ καὶ ἀγράφου διατυπώσεως ὑπάρξῃσιν μέχρις ὀκταετοῦς πάντως, καὶ τὰ τῆς βελήσεως μὴ πληρῶν. εἰ μὲν τέκνον ἢ ἔγγονον ἕ πατρὸς τοῦ ὑπάρχοντ ὑπὸ ἑπτὰ ἐπαφειλομένου αὐτῷ νόμιμον καὶ μόνον νομίζε) μοῖραν. εἰ ἡ νόμιμ μοῖρα ἐκ πασῶν πηγῶν, τὸ τρίτον μέρ τ ὑποστάσεως· ὁπὸ ἢ πέντε, ἢ ἥμισυ, τὸ ἥμισυ.

ια Εἰ ἡ ἕτερός τις συγγενής ἐστι, τ ἕ διαθεμένου παντελῶς ἐκπεπότω πᾶσης οὐσίας, κ ταῦτα εἰς τὰς ἐαθέντας αὐτῷ συγκληρονόμους, λεγατάριος, ἢ κ ἑτέρους συγγενεῖς σπερχέσθω.

ιβ Εἰ ἡ ξένον πρόσωπόν ἐστιν ὁ κληρονόμ, ὁ τὰ τ τοιαύτης διατυπώσεως μὴ πληρῶν, τ ἁπάσης διακατοχῆς γινέσθω ἀλλότριο.

Universidad de Deusto
Biblioteca

93. Si quis in pugna vulneratus, vel iter conficiens, a morte non procul absit, deque rebus suis disponere voluerit; verum utroque casu nullus iurisperitus, vel alius quispiam reperiatur, qui litteras norit: per septem, aut quinque, tres ve testes, voluntatem suam condat: atque etiam coram duobus, si reperiãtur, quorum scilicet a iudicibus adprobata sit existimatio.

TITVLVS XVII.
DE BONIS ADQVISITICIIS, DE QVIBVS TESTARI QVIS potest, aut etiam testari prohibetur.

1 *ADquisiticia bona castrensia sunt, quæ milites in patris & aui potestate constituti, ex re sua castrensi adquisiuerint, & de quibus testari possunt, * & ..... significant, cum prius relata de perfectis testamentis obseruatione. Quod si de horum militum voluntate res istæc adquisiticia expendatur, heredes eius inde legitimam portionem petere neqeunt: sed in ipsorum est potestate, huic aut illi [illegible]re, vel per supremam voluntatem suam in solidum rem adquisiticiã relinquere. Quinetiam post mortem parentum, non veluti bona paterna in collationem veniunt, aut diuidũtur: sed exempta, specialiter adgnoscuntur ad ipsius militis pertinere personam.*

* etiam quũ suis in stationibus degũt, videlicet cum prius

2 Quod si relicti fuerint fratres post obitum parentum ipsorum, & ex eis quispiam militauerit, alter domi manserit: si pacta quædam inter se fecerint, rata sunto de quibus inter ipsos conuenerit.

3 Sin hoc absque vlla conuentione fecerint, & vsq; ad decennium ab eo tempore, quo vnus ex eis militiæ se dedit, in ea societate vixerint: omnia, quæ ab eis adquisita sunt, siue ex stipẽdiis militaribus, siue ex laboribus communis ipsorum domus, & per industriam fratris aut fratrum, qui domi manserunt, ex æqua & in æqua portione accipiant.

4 Ipsis autem post illud decennium vsq; ad alios tres annos inter se vnà viuentibus, si deinde contigerit eos ab se inuicem disiungi: miles velut exemtum quiddam, equum suum auferat, cum sella & fræno, itemque currum suum, & loricam dumtaxat, siquidem hanc, ceu credi par est, adquisiuit. Reliqua omnia fraterne in æqua & ex æqua portione inter se partiãtur.

5 Quod si etiã vltra illos 13 annos inter se cõuixerint, & deprehẽs° fuerit aliquid aliquãdo ex numeratis postea stipendiis adquisiuisse,

ΤΙΤΛΟΣ ΙΖ.
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΔΙΟΚΤΗΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ, εἰς ἃ ΔΙΑΤΙΘΕΣΘΑΙ δύναταί τις, ἢ καὶ κωλύεται.

α Τὰ στρατιωτικὰ ἰδιόκτητα πράγματα εἰσὶν, ἅπερ οἱ στρατιῶται ὑπὲρ ἔτη τεσσαράκοντα ὄντες πατρός τε καὶ πάππου οὐκ ἔχοντος ἰδιόκτητα αὐτῶν πράγματα κτήσωνται, εἰς ἃ ΔΙΑΤΙΘΕΣΘΑΙ δύνανται, & * ..... δηλονότι, μὴ τοῦ ναυαγοῦντος ἢ τοῦ ἐν στρατείᾳ τελευτῶντος ΔΙΑΘΗΚΩΝ τὴν τήρησιν. διὰ ταῦτα γὰρ μείζονα δέησις διάθεσιν ἔχει τοῦ βουλήσεως αὐτῶν ἃ τοιαῦτα ἰδιόκτητα γονῆς, δηλονότι πράγματα, μὴ δυνάσθαι τοὺς κληρονόμους αὐτῶν ἐξ αὐτῶν τὸν νόμιμον μοῖραν ἀπαιτεῖν· ἀλλὰ ἐν ἐξουσίᾳ αὐτῶν εἶναι τῷ τοιούτῳ δωρεῖσθαι, ἢ & ΔΙΑ βουλήσεως αὐτοῦ καθολικῶς ἐπιτρέπειν ἐντελῶς ἰδιόκτητον πρᾶγμα. ἂν μὴ τελευτῶν ἢ τοῦ αὐτοῦ γονέων μὴ ὡς πατρῷα αὐτοῦ σπουδασθέντα, ἢ διαιρεῖσθαι· ἀλλ' ἐξαιρέτως τῷ ἰδικῷ αὐτοῦ καὶ μόνῳ γνωρίζεσθαι προσώπῳ.

* ἃ ἐν στρατείᾳ δέτις διάθεται

β Εἰ δὲ καὶ ἀδελφοὶ ὦσιν ἀδελφαὶ μὴ τελευτῶν τῶν γονέων αὐτῶν, καί τις ἐξ αὐτῶν στρατεύηται, ὁ δὲ ἕτερος μείνῃ ἐν τῷ οἴκῳ· εἰ μὲν συμφωνα ποιήσωσι μετ' ἀλλήλων, τὰ μεταξὺ αὐτῶν σοιχισθέντα κρατείτωσαν.

γ Εἰ δὲ ἀστοιχήτως τοῦτο ποιήσωσι, καὶ μέχρι δεκαετίας, μὴ τὸ στρατευθῆναι ἕνα ἐξ αὐτῶν, συζήσουσιν· ἅπαντα τὰ ΔΙΑΚΤΗΘέντα αὐτοῖς, εἴτε ἀπὸ μόγων, εἴτε ἀπὸ καμάτων & κοινοῦ αὐτῶν οἴκου, καὶ ἀπὸ δῆς & ἐν τῷ οἴκῳ μείναντος & ἀδελφοῦ, ἢ ἀδελφῶν, ἐξ ἴσης καὶ ἐφ' ἴσης μοίρας κομίζεσθαι αὐτόν.

δ Μετὰ δὲ τὴν δεκαετίαν ἕως ἑτέρων τριῶν χρόνων συζώντων αὐτῶν μετ' ἀλλήλων, εἰ μὴ ταῦτα συμβῇ αὐτοῦ ἀπ' ἀλλήλων διαιρεθῆναι, ἐπιτρέπειν τὸ στρατιώτου ἐξαιρέτως τὸ ἵππαριον αὐτοῦ, σὺν τῷ σελλοχαλίνῳ, & τὸ ἅρμα αὐτοῦ. καὶ ἐὰν ὡς εἰκὸς ἐπεκτήσατο, λοιπὸν & μόνον. τὰ δὲ λοιπὰ πάντα μερίζεσθαι αὐτοῦ ἀδελφικῶς ἐφ' ἴσης & ἐξ ἴσης μοίρας.

ε Εἰ δὲ καὶ ἐπέκεινα τῶν δέκα τριῶν χρόνων συζήσωσι μετ' ἀλλήλων, καὶ εὑρεθῇ τί ποτε ἐκ τῶν μὴ ταῦτα μόγων * αὐτοῖς ἐπικτησάμενος, * αὐτὸ καὶ σώ-

quod adhuc supersit: hoc ipsum quoq; sibi habeat. Et quæ per Dei prouidentiam inde vsque a primo die militiæ suæ adquisiuit, tam ex spoliis, quam principum largitionibus, etiamnunc exstantia; similiter velut eximia retinebit.

6 Clericos vero, & Chartularios, vel etiam alios quosdã, ex patrimonio paterno militantes, quod attinet: si decedentes eorũ parẽtes charitatis & gratiarũ actionis ergò, quod soluerũt illorũ militiæ causa, condonari voluerint militiam sequuto: rata voluntas eorum esto.

7 Quod si nulla huius mentione facta decesserint, & actionem de huiusmodi summa, militiam sequuto coheredes mouerint: computare debent, quæ ex hac militia peruenerunt ad patrem ipsorũ, & residua summæ ad huiusmodi militiam data cum reliquo patrimonio conferant, atq; ita cum aliis diuidant.

8 Si vero, ceu credi par est, data est per huiusmodi militiam summa plene soluta fuerit: coheredes nullam licentiam habent a persona, quæ huiusmodi militiam gerit, quidquam repetẽdi nomine facta pro ipso expensæ: propterea quod, vti dictum est, tantumdem ex huiusmodi militia illatum fuerit.

9 In reliquis militantibus, quæcumq; ex imperatorio stipendio, & annonis, & solemnibus, eis adtributa sunt, nimirum in dignitate constitutis & aliis omnibus, qui ab imperatore stipendia, vel annonas & consuetudines a fisco accipiunt: de iis hi vniuersi, militibus tamen exceptis, veluti de peculiis suis testantes, si liberos habeant numero quatuor legitimam, id est, tertiam peculii sui partem eis relinquant: sin quinque, ac vlterius, semissem.

10 Sin nullos habent liberos, parentibus tamen superstitibus: dictam eis tertiam partem relinquant, deq; reliquo modo peculii sui, prout ipsis visum fuerit, testantor. Paganica vero peculia filiorum familias sunt, quæcumq; a parentibus eorum, ad ornatum & honestatem ipsis data sunt, aut adquisita: quæ & parentum esse adgnoscuntur, & post obitum parẽtum reliquis eorum bonis coniunguntur & diuiduntur, sicut & illa, quæ de pecunia rebus q; patris adquisita sunt filio, pro paternis bonis adgnoscuntur, tisq; coniunguntur. Nam de maternis ipsorum rebus, quæ per sudores, & labores, vel ex hereditate ad ipsos peruenerunt, testantur illi quidem: sed vsum eorum dumtaxat habent illi, quorum in potestate sunt; proprietate talium bonorum ipsis reseruata.

ζ Εἰ δὲ μηδὲν τοιοῦτον εἰπόντες πλουτήσωσι, καὶ τοιαύτης ποσότητος κίνησιν ποιήσωσι τῷ στρατευθέντι οἱ συγκληρονόμοι αὐτοῦ· λογίζεσθαι αὐτοὺς τὰ ἀπὸ τοιαύτης στρατείας εἰσελθόντα εἰς τὸν αὐτῶν πατέρα, καὶ τοιαύτης οὐσίας οὐκ ἐν δοχείοις ποσότητος εἰς τὸ τοιοῦτον στράτευμα συνεισφερέσθαι τῇ λοιπῇ ἀποστάσῃ, & πωλαιρεσίας.

η Εἰ δὲ ὡς εἰκὸς ἐπληρώθη ΔΙΑ τοῦ τοιούτου στρατεύματος ἡ δοχεῖσα ποσότης, μὴ ἔχειν ἄδειαν τοὺς συγκληρονόμους τοῦ τοιούτου στρατεύματος ἔχοντα προσώπου ἀπαιτεῖν ἐνεκεν τῆς γνωσθείσης ἐξόδου ἅπερ αὐτοῦ * ἠτοιμάσθη, ΔΙΑ τὸ, ὡς εἴρηται, αὐτὸ συναγωγὴν οὐκ ἐν στρατείᾳ στρατεύματος ἡδέως.

*ὁπερ

θ Ἐπὶ δὲ τοῖς λοιποῖς στρατευομένοις, ὅσα ἐκ βασιλικῆς δόσεως, ἀννόνων τε, καὶ ζωλεμνίων τύποις προσενεμήθησαν, τουτέστιν ἀξιωματικοῖς, & λοιποῖς ἅπασι, κομιζομένοις ἀπὸ βασιλικῆς δόσεως, ἢ καὶ ἀπὸ δημοσίας ἀννόνας & σωνηθείας· ἅτοι μὲν ἅπαντες, ἄνευ ὧν τοιούτων στρατιωτῶν, ὅτι τοῖς τοιούτοις πεκυλίοις ΔΙΑΤΙΘΕΜΕΝΟΙ, παῖδας μὲν ἔχοντες μέχρι τεσσάρων τὸν ἀριθμὸν, τῶν νόμιμον, ἤγουν τῶν τρίτων μοῖραν & αὐτῶν πεκυλίου καταλιμπανέτωσαν. εἰ δὲ μὴ πέντε, μὴ ἐπέκεινα, τὸ ἥμισυ μέρος.

ι Εἰ δὲ παῖδας οὐκ ἔχουσιν, ὑπάρχουσι δὲ αὐτοῖς γονεῖς, τῶν εἰρημένων τρίτων μοῖραν καταλιμπανέτωσαν· εἰς δὲ τὸ λοιπὸν μέτρον & αὐτῶν πεκυλίου κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ΔΙΑΤΙΘέσθωσαν. Παγανικὰ δὲ πεκύλια τὰ ἐξουσίαν εἰσὶν, ὅσα παρὰ τῶν γονέων αὐτῶν πρὸς κόσμον καὶ ἡμῶν ἐδόθη αὐτοῖς, ἢ ἐκτήσαντο· ἅτινα καὶ ὡς γονέων γνωρίζονται, καὶ μὴ τελευτῶν τῶν γονέων τῇ λοιπῇ αὐτῶν ἀποστάσῃ ἐνοῦνται καὶ ΔΙΑιρεῖνται, ὥσπερ & τὰ ἀπὸ χρημάτων ἢ πραγμάτων τοῦ πατρὸς ἐπικτηθέντα τῷ υἱῷ, τῇ πατρῴᾳ ἀποστάσῃ γνωρίζονται, & αὐτῇ συνένωνται. ὅτι γὰρ τοῖς μητρῴοις αὐτῶν, ἐξ ἱδρώτων, καὶ καμάτων, ἢ κληρονομίας πεῖσαχθεῖσιν εἰς αὐτοὺς πράγμασιν, ἐπ' αὐτοῖς μὲν αὐτοὶ ΔΙΑΤΙθενται· τὴν χρῆσιν αὐτῶν & μόνον ἔχουσιν οἱ τοιοῦτοι ἔχοντες ἀποστάσις, τὴν δεσποτείαν τῶν τοιούτων πραγμάτων φυλάττοντες αὐτοῖς.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLVS XVIII.
DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO, DEQVE LEGATIS: & de his, qui ea per ingratitudinem amittunt.

1 SI quis intestatus decesserit, exstantibus liberis aut nepotibus: hi succedunt.

2 Sin defuncto superstites sunt pater & mater, auus & auia, vel etiam vlteriores: hi exstantibus liberis & nepotibus, succedere non possunt.

3 Quod si nulli sunt liberi, nulli nepotes; pater tamen exstat & mater, auus & auia: propiores succedunto.

4 Si filius & filia parentibus viuis decesserint absque liberis & intestati, fratres & sorores ex eodem patre ac matre habentes: hereditas eorum parentibus defertur, nec licentiam fratres & sorores habent in hoc cõtradicendi.

5 Si vero nulli parentes exstant, auo tamen & auia superstitibus: ii cum fratribus consanguineis vnà succedant.

6 Sin nec auus, nec auia, nec eodem patre ac matre fratres exstant defuncto: tunc exvno dumtaxat parente fratres in hereditatem succedant.

7 Si vero, sicut dictũ est, non exstẽt fratres, at propinqui sint: propiores succedunto.

8 Quod si nulli etiam propinqui sunt, at vxor defuncti superest: in semissem totius illa patrimonii succedat, altero semisse fisco inferendo.

9 Si defuncti ne vxor quidem exstat, tunc vniuersum eius patrimonium, veluti cuius nullus exstat heres, fisco (ceu diximus) infertur.

10 Si quis moriens legata destinarit ad certam quamdam expensam, præstari debent: ne heres licentiã habet, relictum hoc legatum in aliam caussam expendendi: sed cui relictum est, restituat.

11 Si heres relicti sibi patrimonii noticiam habet, ac debita nouit præcedere: coram fide dignis testibus patrimonium ipsum describat, & quanti sit, manifestator. Ac primũ quidẽ creditoribus satisfiat, atque ita deinceps id, quod supereſt, heres sibi retineat.

12 Si vero contumaciter & temere succedens, idem patrimoniũ adtigerit, & cõsumserit, eum particulariter debita quædam soluisse: obligatus esto reliquis etiam satisfacere, veluti qui per inuentariũ competens res patrimonio comprehensas cognoscere non studuerit.

ΤΙΤΛΟΣ ΙΗ.
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΞ ΑΔΙΑΘΕΤΟΥ ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΩΝ, ΚΑΙ ΛΕΓΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΩΝ ΕΙ ΤΩΝ ΕΞ ΑΧΑΡΙΣΤΕΙΑΣ ΕΚΠΙΠΤΟΝΤΩΝ.

α ΕΑΝ τις ἀδιάθετος τελευτήσῃ, & ὑπῆσιν αὐτῷ τέκνα, ἢ ἐκ ἔγγονα, τοῦτα κληρονομείτωσαν.

β Εἰ δὲ μὴ ὑπάρχοι τῷ τελευτήσαντι πατὴρ καὶ μήτηρ, πάππος καὶ μάμμη, ἢ ἐκ ἐπέκεινα· ὅτοι κληρονομεῖν τῶν τέκνων καὶ ἐγγόνων ὄντων ἀδύναντοι.

γ Εἰ δὲ μὴ εἰσὶ τέκνα, οὔτε ἔγγονα, ἔστι δὲ πατὴρ & μήτηρ, καὶ πάππος καὶ μάμμη, οἱ ἐγγύτεροι κληρονομείτωσαν.

δ Ἐὰν ὑὸς & θυγάτηρ τῶν γονέων ζώντων τελευτήσωσιν ἄπαιδες & ἀδιάθετοι, & ἀδελφὰς καὶ ἀδελφοὺς ὁμοπατρίους καὶ ὁμομητρίους ἐχοντες τούτων, κληρονομίαν ὅλη σφῶν γονεὺς ἐπαναγέσθω, καὶ μὴ ἔχειν ἄδειαν τὰ ἀδελφία ὅλα τούτῳ λέγοντι.

ε Εἰ δὲ γονεὺς μὴ ὑπῆσιν, ἔστι δὲ πάππος καὶ μάμμη, ἅμα τοῖς ὁμοπατρίοις ἀδελφοῖς κληρονομείτωσαν.

ϛ Εἰ δὲ ἄτε πάππος, ἄτε μάμμη, ἄτε ὁμοπάτριοι, ἄτε ὁμομήτριοι ἀδελφοὶ ὑπῆσι τῷ τελευτήσαντι· τότε οἱ ἐξ ἑνὸς γονέως ἀδελφοὶ τῆ κληρονομίᾳ ἐπιφερέσθωσαν.

ζ Εἰ δὲ, καθὰ εἴρηται, μὴ ὑπῆσιν ἀδελφοὶ, εἶεν δὲ συγγενεῖς· οἱ ἐγγύτεροι κληρονομείτωσαν.

η Εἰ δὲ ἄτε συγγενεῖς εἰσιν, ἔστι δὲ γυνὴ & τελευτήσαντος, τὸ μὲν ἥμισυ μέρος ἀπόσης αὐτὴ τῆς οὐσίας ἐκείνη κληρονομείτω· τὸ δὲ ἕτερον ἥμισυ μέρος τῷ δημοσίῳ εἰσκομιζέσθω.

θ Εἰ δὲ οὔτε γυνὴ τῷ τελευτήσαντι ὑπέστι, τότε τὸν ἅπαντα τότε οὐσίαν, ὡς ἀκληρονόμητον, τῷ δημοσίῳ, ὡς εἴρηται, εἰσκομίζεσθω.

ι Ἐάν τις τελευτῶν ὁρίσῃ λεγάτα εἰς πινα ῥητὸν ἔξοδον, ταῦτα διδόσθωσαν· καὶ μὴ ἔχειν ἄδειαν τὸν κληρονόμον εἰς ἑτέραν πρόφασιν τὸ ἐαθὲν λεγάτον ἐξοδιάζειν, ἀλλὰ & πο καθιστᾶν τῷ λεγατοδόθεντι.

ια Ἐὰν ὁ κληρονόμος εἰδῇσιν τὸ ἐγκαπελιμπανομένης αὐτῷ οὐσίας ἔχῃ, καὶ οἷδεν χρέη πρηγεῖσθαι· ὅτι ἀξιοπίστων μαρτύρων τοιαύτων ἀναγραφέτω οὐσίαν, καὶ φανερόσθω ταύτης ἡ δυνάμις. καὶ πρῶτον μὲν πληρόσθωσαν οἱ χρεωφιλέται, καὶ εἶθ' ὅτως τὸ περιττεῦον ἐχέτω ὁ κληρονόμος.

ιβ Εἰ δὲ αὐθαίρετος καὶ ὡς ἔτυχεν ὑπέρχοιτο κληρονόμος τῆς αὐτῆς ὑφαίρεσις οὐσίας, καὶ φανῇ μερικῶς τινὰ τῶν χρεῶν ἀποδοὺς οὐκ εἰδὼς πληρὲν καὶ σὺν λοιπὸς, ὡς διὰ τοσοφόρον ἀναγραφῆς τοιαύτης οὐσίας μὴ γνωρίζας καταλῆψιν.

ιγ Εἰ δὲ ἑκάτερος ἀναφυῶσι τὰ χρέη, & κληρονόμος τοσοῦτος ἀγνοιαν κεκτημένος διὰ μαρτύρων, ἢ καὶ διὰ ὅρκου τὸ ὀφειλόμενον τοσοῦτος, καὶ περιελθὸν εἰς αὐτὸν, παρὰ τῶν αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτῷ ἀποκοπέτω τὰ τῶν χρεωφιλετῶν αὐτοῦ, καὶ μηδὲν περαιτέρω & τὴν ἀπὸ τέλεσμα.

ιδ Εἰ κληρονόμος ἢ λεγατάριος οἱοσδήποτε φανῇ ἀποκρύψας τι καταλοφοῦσαν αὐτῷ διαθήκην, καὶ ἐν ὑστέρῳ αὖτη παρ' αὐτῷ ὀφειλῇ, ἐκπιπτέτω ὁμὲν κληρονόμος τοῦ κληρονομίας· ὁ δὲ λεγατάριος & λεγάτου.

ιε Εἰ δέ τις τελευτῶν τῷ οἰκείῳ κληρονόμῳ ἀγεγράφως καὶ χωρὶς μαρτύρων τι ἰδίαν καταλείψῃ ὑποστασιν, καὶ τὴν ταύτης ἐκτελῆ διοίκησιν, καὶ αἰαφυῆς ἐγκαλῶν, λεγάτον αὐτῷ εἶναι πρὸς & τελευτήσαντος, πρόσωπον ἢ διὰ μαρτύρων ἢ καὶ ἑτέρως πῶς ἀληθοὺς τὰ περὶ αὐτοῦ λεγόμενα ἔχεσθαι, & δύνασθαι διδόσθαι τῷ λόγῳ & κληρονόμῳ.

ιϛ Ἐκπίπτουσι δὲ τοῦ νόμου κληρονομίας διὰ ἀχαριστείαν, οἱ μὲν παῖδες, εἰ σὺν ἰδίᾳς τύψωσι γονεῖς, εἰ βαρέως αὐσὺν ὑβρίσωσιν, ἢ ἐγκλήματα κατηγορήσωσιν αὐσὺν, ἢ & συκοφαντήσωσιν. εἰ φαρμάκοις, ὡς φάρμακος, τῆς αὐτῶν σωματικῶς τις αὐτῶν μιγῆ. εἰ σὺν γονεῖς φυλακιζομένους οἱ ἄρρενες παῖδες περιεραπέντες μὴ αὐποφωνήσουσιν. εἰ ἡ θυγατὴρ μὴ ἐλέσθαι νομίμως ζεύχθῆναι βουλομένων τῶν γονέων, ἀλλ' αἰσχρῶς διάγειν· εἰ μοιχομένων τῶν γονέων μὴ ἐλῶνται οἱ παῖδες αὐπλαβίσθαι αὐτῶν.

*οἱοσδήποτε

ΤΙΤΛΟΣ ΙΘ.
ΠΕΡΙ ΚΟΥΡΑΤΟΡΩΝ.

α ΕΙ ἔκ τινων ὀρφανοὶ καταλοφθῶσι, & νήποι, & ὑπεστὶ τούτοις ὑποστασις· εἰ μὲν οἱ γονεῖς αὐτῶν τελευτῶντες ἐγγράφως κεφάλαια τέτοις παρέασιν, φυλαπέσθωσαν τούτων ἡ βάλησις· εἰ δὲ & μή, οἱ διαχεῖς εἶεν τῶν τούτων κεφαλαίων ἐχέτωσαν, ἐν μὲν τῇ θεοφυλάκτῳ ταύτῃ πόλει, τὸ ὀρφανοτροφεῖον, καὶ οἱ λοιποὶ διαχεῖς εἶεν, καὶ αἱ γεγνωρισμέναι ἐκκλησίαι· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τὰ ἐπισκοπεῖα, τὰ μοναστήρια, καὶ αἱ ἐκκλησίαι, μέχρις ὅτε περὶ γάμου καιρὸν καταντῶντες οἱ κληρονόμοι ζεύχθῶσιν.

β Εἰ δὲ περὶ γάμου ἐλθεῖν οἱ τοιοῦτοι βάλοντο, μέχρις ἐκπληρώσεως χρόνου σὺν αὐσὺν διαχεῖς εἶεν, τὰ μοναστήρια, & τὰς ἐκκλησίας, τὰς τοιαύτας ὑποστάσεις ἀσφαλίζεσθαι, & εἰθ' οὕτως αὐελλιπῶς ταύτας τοῖς εἰρημένοις κληρονόμοις ἀποδιδόναι. ἃ γὰρ ἀρεστὸν τῷ θεῷ ἐστι, τοῦτο καθάπερ μέχρι & νῦν κεφάλαιος ἑτέρας περιβάλ-

13 *Quod si debita in infinitum emerserint, heredes per testes, aut etiam per iusiurandum, ignorantiam probante: quidquid in patrimonio repertum est, & ad eum peruenit, exhibeat: & secundum id debita creditorum decidat, nec quidquam vlterius ab eo exigatur.*

14 *Si vel heredem, vel quemcumq; legatarium paruerit occultare relictum sibi testamẽtum, & ad extremum illud apud ipsum repertum fuerit: heres successione cadat, legatarius legato.*

15 *Si vero moriens quispiam, heredi suo citra scripturam & absq; testibus, bona sua reliquerit, cum eorum administratione plena: & aliquis emerserit, qui queratur, a defuncto legatum sibi relictum esse, verum per testes, aut alio quo modo probare nequeat, esse vera, quæ dixerit: heredis discretioni traditor.*

vt puta, pactum de abolitione debiti; de soluendis statim rebus dotalibus, pondere, numero, mensura constantibus; quod cum pupillo cõuentum post pubertatem a tutore, de grauioribus vsuris, quam exigantur in actione tutelæ, aliaque plura. Productus testimonii probationisque caussa celeberrimus ille doctor orbis, & iurisconsultus Stephanus, qui diserte clamat, ex nudis huiusmodi pactis actionem nasci non posse. Quin & illa posteriora pacta, de iis, quæ extra naturam contractuum fiunt. puta quum a venditore præter duplæ stipulationem fideiussor etiam exigitur, & quum depositarius ex negligentia conuenitur, & quum is, qui commodato cepit, periculum fortuitorum casuum adgnoscit, indicatis iurisconsultus aduocit, tãquam & ipsa nuda, & ex interuallo subsequuta. Istæc prima diuisio nudorum pactorum est. Hæc altera. Sed aduertendus animus. Nam mirabile quiddam, & alienum ab hominum opinione dicturi sumus. Inter nuda namque pacta referenda sunt etiam ea, quæ sequuntur ex continenti. Et audi, quid iuris auctor dicat. Nudum (inquit) pactum, ceu dictum est, actionem quidem non parit, sed exceptionẽ ei largitur, qui pactum obtinuit, & præter pactum conuenitur. Nonnunquam & reformat actionem, quasique nouam ei dat naturam, vt in bonæ fidei iudiciis siue actionibus. Nam dicere solemus, pacta conuenta videri bonæ fidei iudiciis siue actionibus inesse. Sed hoc non accipiendum in his temere, sed quum pactum idem habet initium temporis cũ ipso cõtractu. Tunc enim actori quoque pactum eiusmodi prodest. Nam si ex interuallo subsequutum sit, hoc est, si pactum tempore contractui non respondeat, sed postea pactum sit; non inest contractui, nec reformat actionem: nec huiusmodi pacta valent, si quis actione instituta, eis vti conetur. Ergo quum dixit, Nudum pactum actionem quidem non parit, sed exceptionem reo largitur: ac deinde addidit. Nonnunquam & reformat actionem: quũ subiecit deniq;, Sed hoc non accipiendum in his temere, sed quum pactum idem habet initium temporis cum ipso contractu, quod omnino est illud, ex continenti: perspicue tradidit, & omni absque contradictione, nudum pactum esse duplex. Quum ex interuallo exstiterit, non inest contractui, nec quidquã valet ad gignendam actionem. Quũ autem ex continenti, etiam actori prodest. Ergo reuera pacta nuda sunt etiam quæ ex continenti, nec absre-. Nam si nudum pactum est, sicuti lex ipsa definiit, quod non lege quadam, aut senatusconsulto specialiter confirmatur, quod

οἷον τὸ ὅτι συγχωρήσει χρέως, τὸ τῆς προικὸς ἀποδόσεως τῶν πανδέκτων, νόμισμα, ὁμοσυρεῖα, τῆς σεσημειωμένης, καὶ τῶν μεθ' ὧν τὸν πατρὸν μὴ τιμᾶν ἡδέως παρὰ δὲ ὑπὲρ ὀπτῆρος δεῖ βαρυτέρων τόκων, παρόπερ εἰ ἀπεράσθη ἡ τοῦ τέλους, καὶ ἄλλα πλείονα. καὶ παρήχθη μεθ' μαρτυρίαν καὶ λόγους καὶ σύστασιν, ὁ περιβόητος τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος καὶ νομοθέτης Στέφανος, μὴ δυνάσθαι, ἀμφιρρήδην βοῶν, ἀπὸ τῶν γυμνῶν ψιλῶν πάκτων τοιαῦτας ἀγωγὰς. καὶ τὰ ὅτι τοῖς μεθ' φύσιν δὲ τῶν συναλλαγμάτων γενόμενα μεταγενέστερα σύμφωνα, οἷον τὸ ἀπὸ πεῖσαι τὸν πρᾶτον μεθ' τῆς ἐπερωτήσεως τῆς δεύτερας καὶ ἐγγυητοῦ, καὶ τὸ δυνάσθαι τὸν δεσπότερον ὑπὸ ῥαθυμίας, καὶ τὸ κινδυνεύειν ὅτι τοῖς τυχηροῖς τὸν χρησάμενον, τοῖς εἰρημένοις μεθ' ἡσυχίαν ὁ νομικὸς, ὡς νέδα καὶ αὐτὰ, καὶ ἐξ ἰντερβάλλο. αὕτη πρώτη διαίρεσις τῶν νέδων ἤτοι ψιλῶν. δευτέρα ἡ ὅδε. ἀλλὰ μεθ' σκοπόν. γεωμέτριον γάρ τι καὶ μεθ' δόξον ὁ λόγος ἔρχεται λέξων. τῶν γὰρ νέδων πάκτων εἰσὶ καὶ τὰ ἐξ κοντίνεντι. καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ νομοθέτης. τὸ νεῦδον, ὡς εἰρηται, πάκτον ἀγωγὴν μὲν δὲ πωίσῃσι, παραγραφὴν δὲ τῷ πεπτυχηκότι ἐξ πάκτου, ἐ μεθ' τὸ πάκτον ἐναγομένῳ χαρίζεται. ἐὰν ὅτι ἡ μεταπεπῖσθαι ἀγωγὴν, καὶ καινοτέραν ὥσπερ αὐτῇ χαρίζεται φύσιν, ὡς ὅτι τῶν βόνα φίδε δικασηρίοις ἤτοι ἀγωγῶν. ἐνθυμοῦμαι γὰρ λέγειν, ὅτι τὰ γυμνὰ συμφωνεῖν δοκεῖ τοῖς βόνα φίδε δικασηρίοις ἤτοι ταῖς ἀγωγαῖς. ὅτι τούτων ἦν ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἵνα συγχρονόν ἐστι τὸ πάκτον τῷ συναλλάγματι. τότε γὰρ ἐ τῷ κινεῖται τὸ τοιοῦτον συμβάλλειν πάκτον. εἰ γὰρ ἐξ ἰντερβάλλο, τότε ἐστὶν εἰ μὴ σύγχρονόν ἐστι τὸ πάκτον τῷ συναλλάγματι, ἀλλὰ μεθ' πᾶσα ἡλικία, οὐκ ἔνεστι τῷ συναλλάγματι, ἅτε μεταπεπῖσθαι ἀγωγήν. ὅτι καὶ χθὲς, εἰ πεφυκὸς τοῖς κινοῦσιν ἀγωγὴν τοῖς κεχρεωμένοις. εἰ πῶς ἂν, ὅτι τὸ νέδον πάκτον ἀγωγὴν μὲν δὲ πωίσῃσι, παραγραφὴν δὲ τῷ πεπτυχηκότι ἐξ πάκτου, καὶ τὸ πάκτον ἐναγομένῳ χαρίζεται. ἐὰν ὅτι ἡ μεταπεπῖσθαι ἀγωγὴν, καὶ ἐπαναγῶν, ὅτι τούτων ἦν ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἵνα σύγχρονόν ἐστι τὸ πάκτον τῷ συναλλάγματι, ὅπερ παντὸς ἐστὶ τὸ ἐξ κοντίνεντι, σαφῶς παραδέδωκε καὶ αὐτὸ ῥητῶς, ὅτι τὸ νέδον ἤτοι ψιλὸν πάκτον δικαίως ἐστὶ. καὶ ὅτι μὲν ἐξ ἰντερβάλλο γίνῃ). οὐκ ἔνεστι τῷ συναλλάγματι, ἅτε ἰσχὺς πρὸς * γίνεσιν ἀγωγῆς. ὅτι ἡ ἐξ κοντίνεντι, καὶ τῷ κινοῦντι συμβάλλει). νέδα ἂν ὡς ἀληθῶς καὶ τὰ ἐξ κοντίνεντι, καὶ εἰκότως. εἰ γὰρ νέδον ἐστὶ πάκτον, καθὼς ὁ νομοθέτης εἶπεν, τὸ μὴ ἰσχὺν νόμου τινὸς ἢ δόγματος κυρούμενον ἰδικῶς, τὸ μὴ εἰς ἰδικὸν μεταπίπτον

*γίνεσιν

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nomen speciale contractus non transit, quod non sit in eodem genere, prius aliquo dato vel facto, vt detur aut fiat: sane quod nullius horũ particeps est, nec habet iudiciũ, de quo adgnoscatur eamdem habere vim, nudum & ipsum artificiose admodum & accurate vocabitur: & nudum, non vt illa, quæ ex interuallo: sed naturæ alterius, & aliam vim habens. Non igitur inter nuda referenda sunt etiam, quæ ex continenti? Num aliquam habent hactenus indicata difficultatẽ? aut alicuius interpretationis extrinsecus egent? Tu vero ne illa quidem ex interuallo, nuda dicere volebas. Ego tamen & alteram, tametsi tu repugnes, diuisionẽ heic inseram, quam in hisce pactis ex continẽti absconditam video. Nam quotquot horum fiunt de iis, quæ extra naturam contractuum sunt, vti supra de his, quæ ex interuallo, diximus; reformant actiones, quæ illis ex contractibus gignuntur, easq; fingunt aliter, atque ita efficiunt, vt institui possint; plane sicuti reformantur per pacta ex continenti. Factorũ species omnino manifestæ sũt, nec eas exponi necesse est: Iam quæ sic paciscimur, vt a conuentione re nõdum sequuta recedere liceat, interdum quidem & ipsa reformant actiones, hoc est, pariunt exceptiones, quatenus insunt examinãdas, hoc est, quæ insunt actionibus, & eas reformant: (quid autem sit illud, Exceptiones examinari, quatenus insunt, non est necesse dicere) interdũ vero & ad gignendam siue reformandã actionem, actori prosunt. Sane perspicuitatis caussa factorũ species de vtrisque proferuntor. Emit quispiam ab aliquo rem quamdam, idq; factũ fuit re nondum sequuta. Quippe nec pretium dedit, & fortasis ei nec ipsa res tradita fuit: sed intra pacta dumtaxat emtionis ac venditionis contractus substitit. Secundum hæc quũ venditor & emtor, alter in alterum incidisset, de contractu loqui cœperunt, & placuit, vt pacta conuenta inter ipsos essent irrita. Heic iuris auctor ait; Pactum hoc posterius, integra re factum, & quod hac ratione factum ex continẽti ducitur, contractum dissoluit. Ecce nouum discito modum dissoluendæ actionis, pactum scilicet integra re factum. Sed hoc dumtaxat locũ habet, quum in totum a conuentione re nõdum sequuta receditur. Itaq; statim subiicit: Si quis soluto contractu, instituerit actionem ex emto, vel ex vendito, frustra experitur. Excluditur enim per exceptionem quatenus insit examinandam, hoc est, per ipsam intentionem repugnantem; & ipsa lex adgnoscit eum exclusum per exceptionẽ quatenus insit examinandam. Et hac quidẽ est facti species de iis pactis ex cõtinenti, quæ

ὄνομα σωαλλάγματος, τὸ μὴ ἐπὶ ᾧ αὐτὸ ῥηθὲν ἰσχύον, ἢ χησαμένης πρότερον δόσεως ἢ ποιήσεως, ἐπὶ δόσει ἢ ποιήσει· τὸ μηδενὸς τούτων μετέχον, μὴ δὲ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ὑποφερόμενον γνώρισμα, νοῦδον καὶ αὐτὸ τεχνικῶς ἄγαν καὶ ὑπερβεβωμώλως κληθέν· καὶ νοῦδον, οὐχ ὡς τὰ ἐξ ἐντερβάλλο, ἀλλ' ἑτέρας φύσεως καὶ ἰδιάζοντος. ἆρ' οὖν τῶν νούδων καὶ τὰ ἐξ ἑκτίνεντι; ἆρ' ἔχει λινὰ τὰ ἐρημώματα δυσχέρειαν; ἢ ἑρμηνείας δεῖται τῆς ἔξωθεν; σὺ δ' οὐδὲ τὰ ἐξ ἐντερβάλλο νοῦδα λέγειν ἐβούλου. ὅμως ἐγὼ καὶ ἑτέραν παρενθήσω διαίρεσιν, καὶ μὴ βέλῃ, λῶ ἐν τοῖς ἐξ ἑκτίνεντι τούτοις ἐγκεκρυμμένην ὁρῶ. ὅσα μὲν γὰρ τούτων ἐπὶ τοῖς ᾧ δὲ φύσιν γίνονται τῶν σωαλλαγμάτων, ὡς αὐωτέρω ἐπὶ τῶν ἐξ ἐντερβάλλο εἴρηκα, μεταπουσι τὰς ἀγωγὰς τὰς ἐξ ἐκείνων τῶν σωαλλαγμάτων ὑποτικτομένας, καὶ μεταισκευάζεσι, καὶ οὕτως αὐτὰς κινεῖσθαι ποιοῦσι καὶ μεταισκευάζεσι· καθὰ δὴ μέλλουσα λέγεσθαι τῶν ἐξ ἑκτίνεντι συμφώνων. ἐν οἷς ἡμᾶς μὲν τούτων δῆλοι τὰ αὐτὰ, ἐν οὐκ ἀνάγκη τούτοις ἐκτίθεσθαι. λαβὲ δ' ἐπὶ τῶν ἐρενόθεμ σεκούτα ὑπαναχωρήσεως σωλλάγματα, ποτὲ μὲν ἐν αὐτὰ μεταπουσι τὰς ἀγωγὰς, τουτέστι τίκτουσι ποιοῦσι καὶ τὸ ἐνὸν ἐξελαζόμενας, ἤτοι ἐνούσας τοῖς ἀγωγοῖς, ἐν μεταπούσας αὐτὰς· (τί δέ ἐστι καὶ τὸ ἐνὸν ἐξελαζόμενας ποιοῦσι τὰς ἀγωγὰς οὐκ ἀναγκαῖον λέγειν.) ποτὲ δ' ἐν εἰς γένεσιν ἤτοι μεταπάπασιν ἀγωγῆς συμβαλλέται τῷ ἄκτορι. λεγέσθω δὲ πρῶτος σαφήνειας καὶ ἀμφοτέρων οἱ ὑπαλλαγμοί. ἠγόρασέ τις παρά τινος πεᾶγμα, καὶ ἦν ἐρ νόθεμ σεκοῦτα τὸ γεγονός. ὥστε γὰρ τὸ τίμημα δέδωκεν, ἴσως δ' οὐδὲ τὸ πρᾶγμα ἐτράδιτο αὐτῷ, ἀλλὰ μέχρι συμφώνων καὶ μόνων ἔστι τὰ τῆς πράσεως καὶ ἀγοράσιος. καὶ ἐπεὶ πως συβαίνοντες ἀλλήλοις ὁ πρᾶτης καὶ ὁ ἀγοραστὴς, λόγας ἐκίνουν περὶ ᾧ σωαλλάγματος, καὶ ἔδοξεν, ὡς τε ἄκυρα εἶναι τὰ συμφωνηθέντα μεταξὺ αὐτῶν. καὶ φησιν ὁ νομοθέτης· ᾧ τὸ μεταγενέστερον πάκτον, ὑπεναντίως ῥηθὲν γεγονὸς, καὶ ᾧ τὸν τὸν λόγον ἐξ ἑκατέρου γεγονότα νομιζόμενον, ἔλυσε τὸ σωαλλαγμα. καὶ ἰδοὺ καινότερον μάθημα πρόσπον· λύσιν ἀγωγῆς, τὸ πάκτον τὸ ὑπεναντίως ῥηθὲν γεγονὸς. ᾧ τὸ δὲ μόνον ἐπὶ τῇ ῥενόθεμ σεκούτα εἰς τὸ πᾶν ἐπαναχωρήσει πεοβαίνει. ἐπεὶ οὖν λύθη· ἐὰν γάρ τις λυθέντος ᾧ σωαλλάγματος μνήσῃ τῷ ἐξ ἐμπόρου, ἢ τὸ ἐξ βένδιτο, μάτην κινεῖ. ἐκβάλλει γὰρ ᾧ δραγραφὴ ᾧ τὸ ἐνὸν ἐξελαζομένη, τουτέστιν, αὐτῇ τῇ ἐντεντίονι μαχομένη· ἐ ὀνόμος εἶδεν αὐτὸν ἐκβεβλημένον διὰ τῆς ᾧ τὸ ἐνὸν ἐξελαζομένης δραγραφῆς. καὶ τὰ μὲν

* ὑπεναχώρησις.
* συνήρεσεν
* ὑπεναχώρησις.
* λύσεως

πικτόντων δραγραφεὶς κατὰ τὸ ἐνὸν ἐξελαζόμενας, ὅτι τῆς ῥε νόθεμ σεκούτα ὑπαναχωρήσεως ἐξ ἑκτίνεντι συμφώνων, ὁ θεματισμὸς ὅδε. ἐπὶ δὲ τῆ ῥε νόθεμ σεκούτα ὑπαναχώρησις ἢ εἰς τὸ πᾶν γίνεται, ἢ μερική, καὶ αὐτὴ πάλιν ἡ μερικὴ ἢ ὅτι μειώσεως πεᾶγματος ἢ τιμήματος θεωρεῖται, ἢ τοὐναντίον ἐν αὐξήσει πεᾶγματος ἢ τιμήματος, καὶ τὰ ὅτι μειώσεως πεᾶγματος ἢ τιμήματος πεοβαίνοντα ὅτι τῆς μερικῆς, ὥσπερ δὴ καὶ ὅτι τῆς εἰς τὸ πᾶν, καὶ τῶπα τῷ ἐναγομένῳ συμβάλλεται. τὰ δὲ τοὐναντίον ὅτι αὐξήσεως, καὶ τῷ ἄκτορι πεὸς γένησιν καὶ κίνησιν συντείνουσιν ἀγωγῆς. συμβάλλεται δὲ, καὶ διάκεινήσουσι καὶ ἄμφω τῶπα οἱ πρόσφοροι θεματισμοί. ἠγόρασέ τις χιλίους κεράμους οἴνου πεντήκοντα νομισμάτων. ἦκε μεταδόται ῥε νόθεμ σεκούτα, τουτέστι μήπω τοῦ τιμήματος καταβληθέντος, ἴσως δὲ μὴ δὲ τῶν κεράμων ἀποδοθέντων αὐτῷ, τὴν ἀγοραστίαν μεμφόμενος, καὶ συνέδοξεν αὐτῷ καὶ τῷ πεπρακότι ποσαράκοντα μόνα νομίσματα παρ' αὐτοῦ καταβληθῆναι. ἰδοὺ ἐν μειώσει τιμήματος ἡ * ἐπαναχώρησις. εἰς τοὐναντίον ὁ πεάτης κατιμέμφεται τῇ πράσει, καὶ * συνήρεσας αὐτὸ τῶν χιλίων κεράμων ἐννακόσια μόνα αὐτὸν ἀποδέχειν. ἐν μειώσει πεάγματος ἡ * ἐπαναχώρησις. ἐαὐ οὖν τις, φησὶν, ἑλθὼν κινήσῃ, ὁ μὲν ὅτι τῆς ν νομίσμασιν, ὁ δὲ ὅτι τῆς χιλίοις κεράμοις, κακῶς κινεῖ, κακῶς ποιεῖ. ἀποδραγραφὴ γὰρ αὐτίκεται, κατὰ τὸ ἐνὸν ἐξελαζομένη, καὶ οὐδὲν ἄλλο καταβαλεῖν ὁ ἐναγόμενος ἀναγκάζεται, εἰ μὴ τοῦ ἐννακοσίους κεράμους, ἢ τὰ ποσαράκοντα νομίσματα, παρὰ τὰ συνδεδογμένα. αὐτὸς γὰρ τῶν ἀρχῶν οὔτε ὁ πεάτης δύναται τῶν ἐξ βένδιτο κινεῖν, εἰ μὴ ὅτι ποσαράκοντα καὶ μόνοις νομίσμασιν, οὔτε ὁ ἀγοραστὴς τῶν ἐξ ἐμπόρου, εἰμὴ ὅτι ἐννακοσίοις καὶ μόνοις κεράμοις. καὶ τοῦτο οὐ δόγματος, εἰ τῷ ῥήτῳ τὰ τοιαῦτα πάκτα συμβάλλεται, ᾧ τινι καὶ τὰ ἐξ ἐντερβάλλο σύμφωνα συμβάλλονται. δόγματος δὲ ὡς ἀληθῶς, ὅτι καὶ τῷ ἄκτορι συμβάλλεται, καὶ εἰς γένησιν ἤτοι μεταπάπασιν ἀγωγῆς. συμβάλλεται δὲ αὐτῷ, ὅτε τὸ πίκτον ἐν αὐξήσει πεᾶγματος ἢ τιμήματος γέγονεν, ὡς εἰρήκαμεν. οἷον, ἠγόρασέ τις χιλίους κεράμους οἴνου ν νομισμάτων, καὶ ᾧ ῥε νόθεμ σεκούτα τὸ ἀναλλαγμα. μέχρι γὰρ συμφώνων ἔστι τὰ τῆς πράσεως. ἦλθεν ὁ ἀγοραστὴς μεταβαλόμενος, λέγων, ὅτι πλέον λαβεῖν τ χιλίων κεράμων ὀφείλων ἦ ἐναντίον ὁ πεάτης ἔλεγεν, ὅτι οὐκ ὀφείλω ὑπὲρ χιλίων κεράμων λαβεῖν ν νομίσματα. ἔδοξεν, ἵνα ὁ ἀγοραστὴς ἀρ λαβῃ κεράμους, ἢ τἀναντίον ὁ πεάτης ξ νομίσματα. ἐκ τούτου γὰρ ᾧ μεταγενεστέρου συμφώνου ῥε νόθεμ σεκούτα τυγχάνοντος, ἑκατέρου

pariũt exceptiones quatenus insint examinandas, quum a conuentione re nondum sequuta receditur. Quia vero re nondum sequuta vel in totum a conuentione recessio fit, vel particularis; & rursus hæc particularis, vel in rei, vel pretii deminutione cõsistit; aut e diuerso, in accessione rei, vel pretii: etiam illa, quæ in recessione particulari, sicut & in ea, quæ in totum fit, ad minuendam rem pretiumve tendunt, reo prosunt. Ex aduerso, quæ spectant ad accessionem vel rei, vel pretii, etiam actori ad gignendam & instituendam actionẽ proficiunt. Vtraque factorum aptæ species declarabunt & planas facient. Emit aliquis mille vini amphoras quinquaginta solidis. Venit postea, re nondum sequuta, id est, nondum soluto pretio, & forte nec ipsis adhuc amphoris sibi traditis, de emitione facta conquerens: ac placuit tam ipsi, quam venditori, quadraginta solidos dumtaxat ab eo debere solui. En cõsistit in deminutione pretii recessio a conuentione. Vice versa, venditor de venditione facta queritur, & placuit pro mille, nongentas dumtaxat amphoras eum præstare debere. Heic in deminutione rei versatur a conuentione discessio. Si quis igitur, inquit iuris auctor, in iudicium venerit acturus, ille quidem de quinquaginta solidis, hic vero de mille amphoris; male actionẽ instituet, male faciet. Nam opponitur exceptio, iuxta id quod inest examinanda, nec aliud quidquam reus soluere cogitur, quam nongentas illas amphoras, vel quadraginta solidos, secundum ea, de quibus inter ipsos conuenit. Prorsus enim nec venditor agere potest ex vendito, nisi de quadraginta dumtaxat solidis; nec emtor ex emto, nisi de nongentis dumtaxat amphoris. Neque mirum, si reo talia pacta prosunt, cui etiam pacta ex interuallo conducunt. Immo reipsa mirum, quod actori quoque prosunt ad gignendã siue reformandam actionem. Prosunt autem ipsi, quum pactum in accessionem rei vel pretii factum est, ceu diximus. Vt puta, emit quispiã mille vini amphoras quinquaginta solidis, & contractus is exstitit re nondum sequuta. Nam intra pacta dumtaxat vẽditio substitit. venit emtor postea, dicens; debere se plus accipere, quã mille amphoras: vel e contrario vẽditor dicit, non debere se pro mille amphoris quinquaginta solidos accipere. Placuit, vt emtor mille & centum amphoras accipiat, aut e diuerso venditor sexaginta solidos. Ex hoc enim posteriore pacto, quod exstitit re nondum secuta, quisq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

petitionem aliũ habet, vnus de mille & centum amphoris, alter de sexaginta solidis. Igitur ex eo, quod superius a nobis est pertractatum, nimirum pacta cõuenta de recessione, re nondum sequuta, parere nõnunquam exceptiones iuxta id quod inest examinandas, nonnunquam ad actionem gignendam actori prodesse, per indicatas factorum species perspicue nobis admodum lex ostendit, & velut ante oculos posuit, & pinxit, quod videlicet a conuentione recessio quæ fit in totum, re nondum sequuta, itemque particularis illa de minuendo pretio vel re, per exceptiones reis prosint, quum aliqui ex nondũ completo & imperfecto primitiuo contractu actiones instituunt: particularis autem recessio augendi pretii caussa, quum scilicet re nondum sequuta fit, etiam actori prodest ad renouationem & ad constituendum aliud debitum, ad imitationem nouationis. Igitur ex huiusmodi legalibus methodis atque doctrinis quum demonstrata sint tã ea nuda pacta, quæ gignunt exceptiones in contractibus, qui præcessere, quã quæ actiones renouant: omnino manifestũ est, nec cuiquam vllo modo dubitandum, si qua præter hæc alia sint ab aliquibus excogitata, ea nec recipienda, & auctoritate legum repudiata esse, velut a qua non agnoscantur. At tu amice, licèt hæc ita demonstrata sint, acutus ad reprehendendum reprehensionis expertia, fortasse dixeris, aut potius iam quæsiuisti: Vbinam ista Basilicis inserta sunt? Manifesta hæc interpretum garrulitas est, qui nullum ad vsũ illa commentati sunt. Propterea scilicet tam egregia doctrina, & tam artificiosa methodus despicietur, & abrogabitur. Tu vero nobis dicito, num contraria sint hæc insertis in Basilicorum libris, & an vsum in rebus ipsis nullum præstent, vel an improbata reiectaque fuerint a posterius sanctis? quo facto, sic comparatis non amplius vtemur. Cur a nobis exposita segregas a cognatis & eadem lingua scriptis legibus, quasi si quosdam publicis damnatos criminibus supplicio capitis adficeres? Obsecro te, ne sic adfectus sis erga bene meritas de te leges, quæ te maximam ad sublimitatem gloriæ felicitatisque prouexerunt, & celeberrimum reddidere. Noli punire delicti nullius reas, nisi si dicere sontes velis, quod te talem effecerint. Enimvero licebat & aliis infinitis argumentis hanc contradictionẽ euertere, ac probare, nõ hanc otiosam interpretum esse garrulitatem, nec a iuris auctoribus hæc esse frustra perscripta. Sed non iam eius rei tempus. Vt autem Basilica quoque tibi exhibeam, eadem mecum tradentia: quæ sequuntur, audi. Nudum pactum, inquiunt, actionem non parit, sed exceptionem.

γεαφλύ. πόθεν εἴληπται τοῦτο; ἐχὶ ἐκ τούτου; τὸ νῦδον πάκτον ἀγωγὴν οὐκ ποιεῖ ἀλλὰ πέφυκε. τὸ ψιλὸν δὲ τί ἐστιν; ἐχὶ τὸ γυμνόν; ἔστι δὲ οὐχὶ τὸ ἐξ ἐντεροβάλου; καὶ παρόχθες τῷ ἐπομένῳ ῥήματι, καὶ γνώσῃ. ἐν ἀρχῇ δὲ ἠρώμεθον, φησί, τοῦτο τὸν ἀγωγλύ. οὐχὶ ἔστι δηλονότι τὸ ἐξ ἐντεροβάλου λέγει; συλλογιζέου ἄν, καὶ μὴ φθονήσῃς, εἰ ἐν τοῖς σοῖς χρώμεθα συλλογισμοῖς. ἐν τοῦ αὐτοῦ φίας γὰρ ἐστὸν μαθηταί. εἰ ἐν τὸ ψιλὸν σύμφωνον τοῦτόν ἐστι τῷ νάδῳ τῷ πάκτῳ τῷ γεγραφλύ, ἐν ᾗ ἀρχῇ ἠρώμεθον τυποῦν ἀγωγλύ, ἕτερον δὲ ἐν ἀρχῇ ἠρώμεθον οὐ λέγει, εἰ μὴ τὸ ἐξ ἐντεροβάλου, ὡς πᾶσιν αὐτομολογεῖ· ἀραὶ τὸ ψιλὸν σύμφωνον, ἐν νῦδον, ἐν τὸ ἐξ ἐντεροβάλου, ἐν τὸ ἐξ ἐντίνεντι, καὶ οὐκ αὖ ἔχοις πρὸς ταῦτα δικαίως ἢ ἀληθῶς αὐτιπεῖν, οὐδὲ εἰ μυρία συγγεγράφῃς συγγράμματα, ἐν πολυστίχους χάρτας προφέρεις. ἔχεις δὲ καὶ ἐν τοῖς Βασιλικῶν ἐν ὀλίγοις, ἅπερ ἐκ τῶν παλαιῶν διεξοδικώτερόν σοι σωήγαγον, ὅτι τὸ νῦδον πάκτον αὐτό ἐστι τὸ ψιλόν, ἐν τὸ ἐξ ἐντεροβάλου, καὶ τὸ ἐξ ἐντίνεντι. εἰ δὲ βάλῃ καὶ τὸ σεῖ τὸ ῥενόνδυμ σεκεύτα ὑπαναχωρήσεως, καὶ τὸ εἰς τὸ παῦ, καὶ τὸ εἰς τὸ μέρος ἐν τοῖς Βασιλικοῖς κατιδεῖν, αὐάχε μεῖ τι μικρόν. ὅσα δὲ, φησὶ, καὶ φύσιν ἔσω αλλάγματος, πράγματος μὴ τυχόντος, συμφωνεῖται ταῦτα καὶ τῷ ἐναγοῦλι ἐν τῷ ἐναγομένῳ ὡς ἐνόντα συμβάλλει. ἔστι γὰρ τὸ πράσεως ἐν τὸ ἀγορασίας καὶ μεταπροῶ ἔξεστι καὶ ὑπαναχωρεῖν ἐκ συμφώνου τελείως ἐν μερικῶς. ἐν τὰ ἐξῆς. θεμαλισμός ἐστι δ' εἰρημένου κεφαλαίου τὸ, ὅτι τὸ γὰρ τὸ πράσεως καὶ τὸ ἀγορασίας. ἢ ἔχ' ἔτως, ὦ ἄνθρωπε; ἔτως ἄρα. ἐν λοιπὸν ὅρα ὅτι ἔστ' αὐτὸ ῥηθὲν καὶ ἀμφότερα. ἔξεστι, φησὶν, ὅτι τὸ πράσεως καὶ ἀγορασίας ὑπαναχωρεῖν ἐκ συμφώνου τελείως καὶ μερικῶς. τί ἄλλο, ἢ πάντως ὑπαναχώρησις τελεία καὶ μερικὴ; ἥτις τότε γίνεται, πράγματος μὴ τυχόντος· τυγχάνει, ὅτι ῥενόνδυμ σεκεύτα μὴ ὄντος ἔτι γεγονότος, οὐ δυνατὸν, ὡς εἶμαι, ἔτι εἰς τὸ παῦ, οὔτε εἰς μέρος ὑπαναχώρησιν γίνεσθαι. τὸ δὲ κατὰ φύσιν, παύτα τε ἐστὶ τοῖς τοιούτοις συμφωνέμενα ἔντι μειώσεσι καὶ αὐξήσεσι τῶν προγεγονότων δηλοῖ, ὥσπερ εἰρήκαμεν ἀκριβέστερον. πῶς σοι ταῦτα δοκεῖ ὦ φιλοσοφώτατε καὶ διαιρετικώτατε; ἆρ' ἔχει καὶ τοῖς Βασιλικοῖς τὰ ἐν τοῖς ἡμετέροις διγέστοις τεθεώρηται ἐκ κατέρωται, καί σοι ἔστω μὴ δοκεῖ; ἐπαίνεσον οὖν, εἴπερ μοι πείθῃ, μᾶλλον τὰ δίγεστα. ἔχεσι γὰρ τῶν βασιλικῶν πιστότερον. οἱ μὲν γὰρ ἐκεῖνα μετιόντες, ἐκ τῆς ἐκείνων ἀφραδείας ἐκ πλατύνητος ἐμφορούμενοι, ὠκόλως καὶ τοῖς βασιλικοῖς ἐπιβάλλουσι, καὶ ἀμφοτέρων ἁπλᾶς δυνάμεις.

Vnde nam hoc sumtum est? an non ex hoc? Nudum pactum actionem natura sua non parit. Quid ψιλὸν aliud est, quam nudum? nudum vero quid aliud, quam quod ex interuallo? Attende verbo, quod sequitur, & rem intelliges. Initio factum, inquit, actionem format. Non hoc respicit illud, Ex continenti? Igitur argumentandũ. Nec tu nobis inuidebis, si tuis vtamur syllogismis. Eius enim discipuli sumus, qui ipsa est sapientia. Si pactum ψιλὸν idem est cum nudo, quod exceptionem parit, & initio factum actionem formant, & initio factũ si aliud esse nõ dicitur, nisi quod ex cõtinenti, quem admodũ apud omnes in confesso est: ergo pactũ ψιλὸν, & nudum pactũ est, & ex interuallo, & ex continenti. Nec his merito & vere contradicere possis, ne quidem si libros infinitos scripseris, & prolixas chartas protuleris. Habes ergo paucis etiam ex ipsis Basilicis, quæ de veteribus tibi longiore cum enarratione collegi, quod nudum scilicet pactum sit ψιλὸν, & pactum ex interuallo, & pactum ex continenti. Iam si videre vis etiam in Basilicis, quod dictũ est de recessione, re nondum sequuta, & de ea quæ fit in totum, & quæ fit ex parte: saltẽ paullum adhuc me tolera. Quæcumque, inquiunt, secundum naturam contractus, re non sequuta, pactis continentur: ea tam actori, quam reo prosunt, quod iis insint. Nam in venditione, & emtione, etiã reformare licet, ac tum omnino, tum pro parte a pacto recedere. quibus adde, quæ sequuntur. Facti species in capite indicato continetur his verbis: Nam in venditione & emtione. Nõ ita se res habet, o bone! Ita sane. Restat, vt in eodem dicto videas vtraque. Licet, inquit, in venditione, & emtione, recedere a pacto & omnino, & pro parte. Quid hoc aliud est, quam integra & particularis a conuentione recessio? quæ fit re nondũ sequuta. Quãobrem si non eo sit loco quod factum est, vt res nondum sequuta sit: nequit, opinor, fieri; vt vel in totum, vel pro parte a conuentione recedatur. Illud autẽ, Secundum naturam, omnia quæ de his paciscimur, tam in minuendis, quã augendis prius factis, denotat: quemadmodum dicetur accuratius. Quid tibi de his videtur, philosophorum maxime, ac diuidendi peritissime? An non tuis etiam in Basilicis ea conspiciuntur inserta, quæ Digestis nostris continentur, quamuis id tibi non videatur? Ergo, si mihi quidem obtemperare vis, Digesta magis laudato. Habent enim aliquid abundantius, quam Basilica. Nam qui Digesta tractant, & eorum tam concinnitate, quam copia replentur; haud difficulter Basilica quoque adgrediuntur, & amborum vim perspiciunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui vero dumtaxat in Basilicis versati sunt, plerumque nec Basilicorum, quibus inuigilant, doctrinam recte percipiunt; & omnino necesse est eos Digestorum cognitione destitui. Et isdem hoc quoque mihi videtur euenire in illis, in quæ incidunt. Nam quum ea suis adfectionibus consentanea reperiunt, & sensus suos eorum odore repleri, laudant, & insigniter extollunt. At quum suis esse studiis & cupiditatibus aduersa, minimeque commoda videt, magnopere ipsorum angustiam & obscuritatem accusant. En quæ a me simplici oratione recens in consistorio de pactis dicta fuerunt, & scripto ita prodita, & manifestis probata legibus, quibus contradici nequit. Iam de ipsa caussa quoq; nonnihil dicendum, quæ huic scriptioni occasionem præbuit; & coniectione recta dispiciendum, an quod de hac controuertitur, ex indicatis decidi possit. Arbitror apud omnes pro cõfesso esse, id quod actum sit inter Protospatharium ac monasterium, & esse contractum, & dici debere: sed eiusmodi contractum, qui specialem adpellationem non habeat, generali vero nomine sic vocetur, vnde etiam descendit. Nã auri numeratione monasterio sic facta, vt qui aurum dedere, perinde atque alii maneant in monasterio, & certa quædã accipiant, nec quisquam ex ambobus cogatur ad tonsuram, donec ipsimet lubitum fuerit: inita est conuentio iuris gentium, siue consensio naturalis & legitima, ob iustam eorum, qui consensere, caussam; quo etiam nomine actio præscriptis verbis datur. Confecta sunt etiam statim de hac conuentione instrumenta, significantia datum quid esse pariter vt detur, & vt fiat. Quippe quum dico; Dedi, vt accipiam: hoc ipsum est dare, vt detur. Illud autem, Ne me cogatis ad tonsurã: dare est, vt aliquid fiat. Nam nos quidē scimus, quod facere sit etiam non facere. Hæc conuentio non reperto speciali nomine, substitit in adpellatione generis generalis, ex quo contractus alii quoque descendunt, qui suas adpellationes habent. Adeoque probabiliter admodũ, & optimo iure, contractus vocatur. Neque dũtaxat eatenus hic contractus substitit, nimirũ dedi, vt accipiam, & vti non tondear: sed etiam ea, quæ placuerunt, euentum sortita sunt. Nam & aurum monasterio fuit oblatum, & qui aurum dederunt a monasterio recepti, vitamque solitariam in eo degentibus adiuncti; & illorum solutio, quæ dari debere statutum pactis fuit, per annuam præstationem effectum suum obtinuit; neque quidquam eorum, quæ vtrique visa fuere parti, relictum fuit

οἱ δὲ τῆς Βασιλικῆς ἐνηχολημμένοι καὶ μόνοις, οὐ παῦται σχεδὸν καλῶς κατεργάζονται τὰ ἀνουδαζόμενα, καὶ ἀνάγκη πάντως αὐτοῦ τῆς ἐκείνων ἐκπίπτειν γνώσεως. οἱ αὐτοὶ καὶ τοῦτό μοι πάσχειν δοκοῦσι περὶ ἃ κατεγίνονται. ὅταν μὲν γὰρ τοῖς ἑαυτῶν θελήμασιν εὕρωσι παῦτα συντρέχοντα, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ὀδμῆς πᾶς ἑαυτῶν αἰσθήσεις πληροῦται, ἐπαινοῦσι καὶ μεγαλύνουσιν. ὅταν δὲ τοῖς ἀνουδαζομένοις ἀσύμβατα ᾖ ἀσύμφορα, πολλὴν αὐτῶν κατηγορεῖσι γενέσθαι καὶ ἀσέβειαν. ἃ μὲν οὖν μοι καὶ δι' ἀπάντων ἐναγχος εἴρηται λόγων ὅτι τοῦ σωτηρίου περὶ τῶν συμφώνων, ἰδοὺ ταῦτα καὶ γεγραφῆ δέδοται, καὶ νόμοις ἀποδέδεικται φανεροῖς ἃ ἀναντιῤῥήτοις. λοιπὸν οὖν ῥητέον τινὰ καὶ περὶ τῆς ὑποθέσεως, ἡ τῇ παρούσῃ γεγραφῇ τὰς αἰτίας παρέσχηκε, καὶ θεωρητέον εἰ σχολῇ, εἰ τὸ περὶ αὐτῆς ἀμφίβολον ἐκ τῶν εἰρημένων τέμνεσθαι δυνατὸν. οἶμαι δὴ πᾶσιν ἀναμολογῆσθαι, συνάλλαγμα εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι, τὸ μεταξὺ τοῦ Πρωτοσπαθαρίου καὶ τῆς μονῆς γεγονός. συνάλλαγμα δὲ οὐκ ἰδικῶ ἔχον περιηγορίαν, ἀλλὰ τῷ γενικῷ κεκλημένον οὕτως ὀνόματι, ἐξ οὗ καὶ κατάγεται. δόσεως γὰρ χρυσίου γεγενημένης πρὸς τὴν μονὴν, ἐπὶ τῷ αὐτὴν δέδωκότας μένειν τὰ παρ' αὐτῆ ὅπῃσι τοῖς ἄλλοις, καὶ λαμβάνειν ῥητά τινα, καὶ μὴ καταναγκάζεσθαι ἕτερον τούτων ὑποκείρεσθαι, μέχρις αὐ αὐτὸς βουληθῇ, συνέσει κομιζεντίων ἰουλιστηνῶν, ἥτοι συναίνεσις φυσικὴ ᾗ νόμιμον, ὅτι ὁλόγῳ τῶν συναρεσκόντων αἰτία, ἐφ' ᾗ καὶ ἡ περικεκλῖσθαι βέβαιος παρέχεται. περιέσθη δὲ παρῳδῶ καὶ τὰ περὶ τούτης ἐγγεγράφθαι, δόσιν παρεισῶνται ὅτι δόσει καὶ τῶν καὶ ὅτι πιήσει. τὸ μὲν γὰρ δέδωκα, ἵνα λαμβάνω, δόσις ὅτι δόσει· τὸ δὲ, ἵνα μὴ ὑποκείρεσθαί με καταναγκάζητε, ποίησις. ποιῆσαι γάρ ἐστι καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι, ὡς μανθάνομεν. αὕτη ἡ κομβαντίων μὴ ῥηθεῖσα ἰδικὸν ὄνομα, ἔχει ἐπὶ τῇ τοῦ γενικοῦ γένους περιηγορίᾳ, ἐξ οὗ καὶ τὰ ἰδικὰ ἔχοντα περιηγορίας ἕτερα κατέχοντα συναλλάγματα. καὶ εἰκότως ἄρα ᾗ ἐννοήσαντα συνάλλαγμα ὀνομάζειν. καὶ οὐ μόνον τοῦ δέδωκα μόνον, ἵνα λαμβάνω, καὶ μὴ ὑποκείρεσθαι, τὸ τοιοῦτον συνάλλαγμα ἔχει· ἀλλὰ καὶ ἀποτέλεσμα τὸ συναρέσαι ταῦτα εἰλήφασι· τό, τε γὰρ χρυσίον περιήνεκται τῇ μονῇ, καὶ οἱ δεδωκότες παρ' αὐτῇ περιελήφθησαν, καὶ τοῖς ἐν πεύτῃ μοναζουσι συνέσωσθησαν· ἥτε τῶν συμφωνηθέντων διδόσθαι καταβολὴ διὰ τῆς ἐτησίας δόσεως τῷ ἐνέργειαν ἔσχηκε, καὶ οὐδέν τ' *δεδομένων ἀπόλεσεν *δεδομένων

imperfectum. Quinetiam tot annis hæc iam conseruata sunt firma, suam vt consummationem ac perfectionem factis ipsis declararint. Considerandum ergo, num ab hoc contractu, qui effectum consequutus est, & consummationem (ceu diximus) accepit, vel omnino recedere, vel pro parte, vel accessionis, vel deminutionis caussa, per posteriora pacta liceat: ac forte annonarum & erogationum præstationem annuam pro parte minuere, vel in solidum, aut permutare; vel harum nomine datum aurum pro parte reddere, vel in solidum; vel e contrario ettam quid amplius accessionis loco dari; nũ denique liceat ea facere, quæ non faciunda conuenit. Mihi quidem videtur, & omnibus mecum sentientibus, nihil horum fas esse fieri post consummationem & perfectionem contract°: nec vel augenda, vel minuenda, quæ prius acta sint, & quæ secundum naturam contract° esse, lex dixit: quodque horum augendorum nomine factum postea sit pactum inter personas indicatas, nullũ robur habere, nec ad actionem, nec ad exceptionem. Adeoque fidei faciendæ, & confirmandæ orationis caussa, rursus in medium producitor a conuentione recessio, quæ re nũdum sequuta pro parte sit, vel rei, vel pretii augendi nomine. Si pactus fuero, me mille vini amphoras abs te quinquaginta solidis emturũ; sane solidis necdum solutis, nec vino trad.to, per pacta posteriora tam vini summam, quam pretium augere possumus. Verum & auro iam soluto, & vino tradito, consummatum absque omni defectu contractum non renouamus: ac tametsi de hoc pactum aliquod nostrum interuenerit, inualidum iure ducitur, nec actionem ex eo quispiam instituere potest, nec id vti faciat permittitur. Quisnam his contradicturus inueniatur? aut quis omnino possit dicere, si equo vendito pretium in manus accepero, & equum alteri tradidero, deinde in emtorem incidens, cum eo de accipiendaetiam alia pecunia pactiscar ad auctionem pretii, & hoc nomine actionem instituam, futurum vt vllo modo admittar, vel agendi licentia mihi a lege fiat, ac non potius statim repellar, ne quidem ad tribunalis ostium accedendi potestate mihi relicta, repugnante scil cet aduersario? Nemo est, qui hoc dicturus sit, nisi rudis & imperitus quispiam, & qui necdum veræ ac legali iustitiæ sit initiatus. Nam vide quæso, quonam modo communis hominum vsus hæc & intell gat, & cottidie, pene dixerim, exerceat. Quipp: ne statim excludantur, qui equos & mulos emunt, post solutionẽ pretii, & traditionẽ ipsius animalis; apud sequestrum plerumq; pretia deponunt,

ἐκποδὼν ἐλήφθαι. ἀλλὰ καὶ ἔτι ἐναυλίζεται ἤδη τόσας ἔτη σώματα σωζόμενα). ᾗ τὰ ἀπηρτισμένα καὶ τέλεσιν ὄντα ἔργων αὐτῶν ὄντα δεδιγμένα. σκεπτέον δέ, εἰ ὅλος ὁ τυχὸν ἀπὸ πλείσματος ἴσταται συναλλάγματος, καὶ τὰ ἀπηρτισμένα, ὡς εἴρηται). δεξαμένῳ, αἰ αχωρεῖν ἐξεστιν ἢ τελείως, ἢ μερικῶς, ἢ ὅλα αὐξήσαι, ἢ ἐπὶ μείωσι, διὰ μεταβολὴν ἱερῶν συμφώνων. καὶ τυχὸν τὰ τῆς τιτηρεσίων καὶ ῥογῶν ἐτησίαν δοσιν μέν μερικῶς, ἢ καθ' ὁλόκληρον, ἢ ἐναλλάσσειν· ἢ τὸ ὑπερθέτων δεδομένον χρυσίον αὖθις αὐ ἀποδοσθαι μερικῶς ἢ ὁλοκλήρως, ἢ τἀναντίον ᾗ ἕτερόν εἰς ἐπαύξησιν ἐπιδιδόσθαι· ἢ ᾗ ποιεῖν, ἅπερ μὴ ποιεῖν συμπέφωνηται). ἐμοὶ μὲν ὧν δοκεῖ, καὶ πᾶσι τοῖς συναινέσι μοι, μηδὲν τούτων ἐξεῖναι γίνεσθαι μετὰ τὰ ἀπαρτισμὸν καὶ συναλλάγματος, καὶ τὰ τελειωσιν· μήτε αὐξανόμενά μήτε μειοῦσθαι τὰ προβεβηκότα, ἅπερ κατὰ φύσιν καὶ συναλλάγματος ὁ νόμος εἴρηκε. ᾗ τὰ ἐπ' αὐξήσει τοιούτων ᾠνημένων μετὰ ταῦτα σύμφωνον μεταξὺ τῶν εἰρημένων προσώπων, μηδεμίαν ἐχέτω ἰσχύν, μήτε εἰς ἀγωγὴν, μήτε μὴν εἰς παραγραφὴν. καὶ παραγίνεσθω πρὸς πίστιν καὶ λόγου καὶ βεβαίωσιν αὐτοῦ ἡ ῥε νόνδομ σκέπτα μερικὴ ὑπαναχώρησις, ἢ ὅλη αὐξήσει πράγματος ἢ ἡμίσματος ἐὰν συμφωνήσωμεν χιλίας κεράμους εἶναι νομισμάτων ἐξωνήσασθαι παρὰ σοῦ. μήπω μὲν τὰ νομισμάτων δοθέντων, οὐδὲ ὅλων παραδοθέντος, δυνάμεθα διὰ μεταβολὴν ἱερῶν συμφώνων καὶ τὸν οἶνον ἐπαύξειν, καὶ τὰ πλεῖον. ἢ ᾗ χρυσίου καταβληθέντος ἤδη, καὶ ᾗ οἶνου παραδοθέντος, τὰ τελεσθὲν συναλλάγματος καὶ ἀνελλειπὲς ἀκ αὐαιρεῖσθαι, καὶ τι παῦτα ἡμῖν συμφωνον παρ' *ἡμῶν, αὐθεντικὸν τῷ νόμῳ λογίζεται, καὶ κινεῖν ἀγωγὴν ἐκ τούτου τοῦ εἴδους δυνατὸν, οὐδὲ μὴν συγκεχωρῆται. περὶ ταῦτα τίς ὁ αὐτὸς φεύξαμενος ὑρεθήσεται; ἢ τίς ὅλως ἀπεῖν δυνήσεται ὡς ἐὰν ἵππον πωλήσας εἰς χεῖρας λαβὼν τὸ τίμημα, καὶ παραδώσω αὐτὸν, εἶτα παῦτον χὼν τῷ ἀγοράσῃ, συμφωνήσω μετ' αὐτοῦ καὶ ἕτερον χρυσίον εἰς ἐπαύξησιν καὶ τιμήματος δικαιώσασθαι, ἐὰν ἀγωγὴν σωίσηται παῦτα. περιοδεχθήσομαι ὅλως, ἢ συγχωρηθήσομαι παρὰ καὶ νόμου, καὶ οὐκ ἄδικος ἐκβληθήσομαι, καὶ ἀδεὴς τῆς δικαιοπραξίας δύσα περιεγίσομαι καταλειφθήσομαι, καὶ αὐτοδίκως μὴ βουλομένου; ἁδεὶς ὁ τοῦτο λέξεων ἐστιν, εἰ μή τις ἀμαθὴς καὶ ἀμύητος δικαιοσωνης ἐστιν ἀληθοὺς τε ἐνομικῆς. ὅρα γὰρ, πῶς ᾗ ἡ χρεια τῶν αἰθρώπων χρῆσις τὰ παῦτα τοιοῦτα εἶδέ τε, καὶ καθ' ἑκάστω, ὡς ἐπεῖν, διαπράττεται. ἵνα γὰρ μὴ ἅπαντας ἀποκλείωνται οἱ πάντες καὶ ἡμιόνους ὠνεῖσθαι, μὴ πρὶν ᾗ τιμήματος δόσιν, καὶ πρὶν ᾗ ζώου παραδόσιν, μεσεγγυῶσιν ὡς πολλαπλάσιον τὰ ὑπερβάλλοντα τιμήματα,

cottidie, pene dixerim, exerceat. Quipp: ne statim excludantur, qui equos & mulos emunt, post solutionẽ pretii, & traditionẽ ipsius animalis; apud sequestrum plerumq; pretia deponunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut præterea paciscuntur, se animal emtum exploraturos ad biduũ vel triduum; & interea vel omnino recedunt a contractu, vel pretium minuunt, eoque facto cõtractus absoluitur. Quippe si hoc etiam post solutionem pretii, & traditionem animalis, fieri posset: sequestratio non interueniret. Sed quum propter sequestrationem id, quod factum est, perinde æstimetur, atq; si res nondum sequuta sit: recte fit, quod a conuentione recessio locum habet, quemadmodum est iudicatum. Igitur expositum quoque pactam inter monasterium & protospatharium. siquidem pecunia necdũ monachis a Protospathario data processisset; aut ea data necdum homo ipse monasterium ingressus fuisset, aut si annonarum & erogationum præstatio adhuc esset suspensa: sane vim & efficaciam quamdã haberet, atq; Protospathario ex pactis præcedentibus aduersus monachos agente de perducendis ad finem vtrimque placitis, actori exceptio opponeretur, nec cogerentur monachi vel ad hominẽ in monasterium recipiendum, vel ad præstandum ei promissa prius quam & ipsi accepissent ea, quæ ill se monasterio præstaturum ex pacto recepit, ad eorum incrementũ, quæ prius expressa fuerant. Aut eo non agente, ipsi monachi agere possent ex hoc posteriori pacto, veluti quod factum sit ad augendam pecuniam, ex pacto quidem priori debitam, at nondum solutã. Sed quia pactis conuentis omnibus citra vllum defectum iam consummatis, succesit: omnino erit inefficax, & neque lex actionem ex eo, neq; exceptionem dabit ipsum prætendentibus, licèt hoc maxime cupiant & optent. Hæc ergo de his & opinio mea est, & eorum, quicumque mecum in lato veterum campo libenter versantes, confidentius inde Basilicorum angustias adgrediuntur; ideoque mecũ in iis, quæ dicta sunt, vno spiritu consentiunt. Quotquot autem aliter adfecti sunt, suas & ipsi de hac caussa sententias in medium proferant, vt nos etiam eos audiamus.

ἢ συμφωνοῦσιν ἔξωθεν καθασκέψασθαι τὸ ἐωνημένον ἐφ' ἡμέρας δυσὶν ἢ καὶ τρισίν· καὶ ἢ ἀναχωροῦσι πλείως τοῦ σωματάγματος· ἐν τῷ μεταξὺ, ἢ μειοῦσι τὸ τίμημα, καὶ ὅτι παρείνεται τὸ σωμάλαγμα. ὡς ἂν εἰ τοῦτο ἐνεῦθεν γίνεσθαι καὶ μὴ τὴν τιμήματος καταβολὴν, καὶ τὴν τοῦ ζώου παράδοσιν, ἐκ αὐ ἡ μεσεγγύησις ἐν μέσῳ παρείληπτο. ἀλλὰ διὰ ταύτην ρε νένευμα ἐκεῖνο τε γεγονός· νομιζομένου, ὀρθῶς συμβαίνει παρεκβαίνειν τὴν * ἀναχώρησιν, ὡς δεδήλωται. καὶ τὸ εἰρημένον τοίνυν συμφωνον, τὸ μεταξὺ τῆς μονῆς καὶ τοῦ * πρωτοσπαθαρίου, εἰ μὴν μήπω τοῦ χρυσίου παρὰ τούτου τοῖς μοναχοῖς δεδομένου παρεβέβηκεν, ἢ καὶ τοῦτο ἐδέδοτο, τοῦ ἀνθρώπου μηδέπω πρὸς τὴν μονὴν ἐσεληλυθότος, ἢ τῆς τῶν σιτηρεσίων καὶ ῥογῶν δόσεως ἐπὶ ἐνηρτημένης· εἶχεν αὖ ἰσχὺν τινὰ καὶ ἐνέργειαν, καὶ τοῦ Πρωτοσπαθαρίου κινοῦντος· ἐκ τῶν παρεγενότων συμφώνων κατὰ τῶν μοναχῶν, ὥστε πρὸς τέρας ἀχθῆναι τὰ σωαρέσαντα, παραγραφὴν ἐκ τούτου αὐτῷ κεῖτο τῷ ἐνάγοντι, καὶ ὐκ ἠναγκάζοντο οἱ μοναχοὶ ἢ παραδέξασθαι τοῦτον ἐν τῇ μονῇ, ἢ διδόναι ὑπὲρ ὧν ἐπηγγείλαντο, πρὸ τοῦ κομίσασθαι καὶ αὐτοῦ τὰ ἐπ' αὐξήσει τῶν παρὰ τὸν συμφωνηθέντα δοθέντα αὐτοῖς χρυσίου, τοῦ μήπω δηλαδὴ καταβεβλημένου. ἐπεὶ ἢ ταύτων τῶν συμπεφωνημένων ἤδη παρεβεβηκότων τε καὶ τετελεσμένων αὐελλιπῶς, ὅπερ ἐφικτὴν τελείως, καὶ ὅτε ἀγωγὴ, ὅτε παράχρημα ὁ νόμος· ἐξ αὐτῶν τοῖς παραλλομένοις παρέξει, καὶ ὅτι μάλιστα καὶ τοῦτο ἀποδόσει τε βάλωνται. Ἔχομεν ἂν περὶ τούτων οὕτως ἐγώ τε καὶ ὅσοι μετ' ἐμοῦ τῷ πλάτει τῶν παλαιῶν ἐμφιλοχωροῦντες, ἐνευθεν θαρραλεώτερον τοῖς στενοῖς ἐπιβάλλουσι τῶν βασιλικῶν, καὶ σύμφωνοι ὅπερ τοῖς εἰρημένοις ἐμοὶ καὶ * σύμφωνες. ὅσοι δὲ μὴ ἔτως ἔχουσι, τὰς οἰκείας καὶ ἑκάστοις γνώμας πρὸς τῆς ὑποθέσεως παραγέτωσαν ἐπὶ μέσον, ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτῶν ἀκουσώμεθα.

* ὑπανα-χώρησιν

* ἀπα-γραφὴν

* σύμφρο-νες.

ΤΥΠΟΣ

ΤΥΠΟΣ ΤΟΥ ΔΙΑΤΙΘΕΣΘΑΙ ΠΑΛΑΙΟΣ, Ὡ ΠΕΡΙΕΧΕΤΑΙ ΤΟ ΙΣΟΝ ΤΗΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ.

Ex antiq. manuscript. Bibliothecæ Vaticanæ.

Τὰ πατρία Φλαβίου Εὐχερίου, καὶ Φλαβίου Εὐαγρίου, τῶν λαμπροτάτων, πρὸ μιᾶς Καλανδῶν.

Γρηγόριος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, ζῶν τῇ φρονῶν, καὶ ὑγιεῖ γνώσῃ, καὶ ἐρρωμένοις τοῖς λογισμοῖς, διεθέμην τὴν διαθήκην ταύτην, ἣν κελεύω καὶ βούλομαι εἶναι βεβαίαν ὅπῃ ποτὲ τοῖς δικαστηρίοις, καὶ πάσης ἐξουσίας. ἤδη μὲν γὰρ τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην κατέσημα φανερὰν, καὶ πᾶσιν μου τὴν οὐσίαν καθιέρωσα τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Ναζιανζὸν, εἰς τὴν τῶν πτωχῶν διακονίαν, τῶν ὑπὸ τὴν εἰρημένην ἐκκλησίαν. διόπερ καὶ τρεῖς πρεσβυτέρους πτωχοτρόφους, ἕνεκα ταύτης μου τῆς προαιρέσεως· Γρηγόριον τὸν διάκονον καὶ μονάζοντα, τὸν ἡμέτερον ἐκ τῆς οἰκίας μου· Μάρκελλόν τε τὸν διάκονον καὶ μονάζοντα, τὸν καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας μου ἡμέτερον· καὶ Εὐστάθιον μονάζοντα, τὸν καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας μου ἡμέτερον. καὶ νῦν ἢ τὴν αὐτὴν συνείδησιν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Ναζιανζὸν φυλάττων, ἔχομαι τῆς αὐτῆς προαιρέσεως. εἰ οὖν συμβῇ με τέλει τοῦ βίου χρήσασθαι, ἔστω μου κληρονόμος ὁ προειρημένος Γρηγόριος διάκονος καὶ μονάζων, ὁ ἡμέτερος ἐκ τῆς οἰκίας μου, ὃν πάλαι ἠλευθέρωσα, ἐξ ὁλοκλήρου πίστεως μου τῆς ἐσίας, κινητῆς τε καὶ ἀκινήτου, τῆς παντὸς μοι ὑπαρχούσης· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔστωσάν μου ἀποκληρονόμοι. οὕτω μέν τοι, ὥστε αὐτὸν πᾶσαν μου τὴν οὐσίαν, κινητήν τε καὶ ἀκίνητον, ἀποκαθιερῶσαι τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν Ναζιανζῷ, μηδὲν τὸ παράπαν ἐπιζημιοῦσθαι, πλὴν ὧν αὖ ἐν ταύτῃ τῇ διαθήκῃ μου πεποίηκα καταλείπω, λεγάτου ἢ φιδεικομμίσσου χάριν· ἀλλὰ πάντα, ὡς προεῖπον, ἀκεραίως ἀποσῶσαι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἔχοντα τὸν τοῦ θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ εἰδότα, ὅτι εἰς διακονίαν τῶν πτωχῶν τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας προέταξα πᾶσαν τὴν ἐσίαν μου προαχωρῆσαι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐνεησάμην κληρονόμον, ὥστε δι' αὐτοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ πάντα ἀπαρελείπτως ἀποσωθῆναι.

Τοὺς οὖν οἰκέτας, οὓς ἠλευθέρωσα, εἴτε ἐξ ἐμῆς προαιρέσεως, εἴτε ἐξ ἐντολῶν τῶν μακαριωτάτων γονέων μου, τούτους βούλομαι καὶ νῦν ἐπ' ἐλευθερίας μένειν, καὶ τὰ πεκούλια αὐτοῖς

FORMVLA TESTANDI VETVS, QVA CONTINETVR GREGORII NAZIANZENI * TESTAMENTVM.

*vel, exemplum sine copia testamenti.

Consulatu Flauii Eucherii, & Flauii Euagrii, virorum clarissimorum, pridie Kalend.

Gregorius episcopus ecclesiæ catholicæ Constantinopolitanæ, viuens ac prudens, iudicio sano, & integris viribꝰ rationis præditus, hoc testamentum condidi; quod iubeo & volo esse ratum ac firmum apud omnia iudicũ tribunalia, & omnes potestates. Quippe iam mentem sententiamq; meam manifesto declaraui, & omnia bona mea consecraui ecclesiæ catholicæ, quæ Nazianzi est, ad ministerium vsumque pauperum, qui sub indicata ecclesia continentur. Quapropter etiam huius instituti mei caussa, tres pauperibus alendis præfeci: Gregorium diaconum & monachum, qui exstitit e domo mea: & Marcellum diaconum ac monachum, qui e mea & ipse domo exstitit: & Eustathium monachũ, ex eadem domo mea & ipsum oriundum. Ac nunc quoque conscientiam seruans eamdem erga sacrã sanctam ecclesiam Nazianzenam, in eodem instituto persæuero. Si ergo vitam me finire contigerit, heres meus esto prædictus Gregorius diaconus & monachus, oriundus e domo mea, quẽ iam olim manumisi, bonorum ac patrimoni mei totius in solidum, tam mobilium, quã immobilium, vbiuis existentium: & omnes reliqui, exheredes sunto: sic tamen, vt ipse totum patrimonium meum, tam rerum mobiliũ quã immobiliũ, sacræsanctæ catholicæ ecclesiæ Nazianzenæ restituat, nihil penitus eximẽs, præterilla, quæ in hoc meo testamento specialiter aliquibus relinquo, legati vel fideicõmissi nomine, sed vt omnia, quemadmodum prædixi, accurate seruet ecclesia, Dei timorem ante oculos habens & sciens, quod in ministerium pauperum eiusdem ecclesiæ ordinauerim totum patrimonium meum cedere, quodque hoc nomine ipsum heredem instituerim; vt per eũ ecclesiæ omnia sine defectu salua sint & integra.

Itaq; seruos, quos manumisi, siue de voluntate ac instituto meo, seu mandatu beatissimorum parentum meorum, nunc etiam liberos esse volo; & omnia peculia firmiter eis

Universidad de Deusto
Biblioteca

manere, citra molestationem vllam. Præterea volo heredem meum, Gregorium diaconum, cum Eustathio monacho, qui orti sunt e domo mea, possidere prædium illud in Arianzis, quod ex Regini bonis ad nos peruenit. Equas autem, & pecudes, quas adhuc præsens eis dari iussi, & quarum possessionem ac dominium eis tradidi, iure dominii manere ipsis absque molestatione cuiusquam volo. Præterea volo Gregorium diaconum & heredem meum, qui mihi sincere inseruiuit, præcipue possidere suo iure proprietatis ac dominii aureos numero quinquaginta. Venerandæ virgini Rusticanæ, cognatæ meæ, certa quædam dari quotannis iussi, vt liberaliter inde victitet: quæ illi omnia volo & iubeo secundum eam formam, qua præcepi, sine dilatione in annos singulos ad ministerium ei dari. Ac tunc quidem nihil disposui, quod nescirem, vbi nam ei potissimum degere luberet. Nunc autem hoc etiam volo, vt quemcumque locum elegerit ipsa, in eo loco domus ei libera construatur, honestæ virginis vitæ decens: quæ domum scilicet habebit absq; molestatione vlla vtendam fruendam, vsque ad vitæ finem. Postea restituet eam ecclesiæ. Volo etiam ei puellas duas adiungi, quas ipsa delegerit: ita quidē, vt ea puellæ toto vitæ ipsius tempore apud eam maneant. ac siquidem gratiā hanc apud ipsam inierint, potestatem habeat illas libertate donandi. Sin minus, etiam ipsæ ad eamdem ecclesiam pertineant. Theophilum puerū, qui apud me manet, iam manumisi. Volo igitur ei nunc quoq; dari legati nomine, solidos aureos quinque. Eupraxium vero, fratrem eius, liberum esse volo, eiq; legati nomine dari nummos aureos v. Præterea volo Theodosium notariū meum esse liberum, ac dari eidem legati nomine nummos aureos v. Dulcissimam filiam meam Alypianam, (quippe ceterarum, Eugeniæ ac Nonnæ, rationem non magnā habeo: quod earū vita sit obnoxia reprehensioni) ignoscere mihi volo, quod in mea potestate non fuerit, ei quidquam relinquere: quum omnia pauperibus iam ante promiserim, vel potius beatissimis parentibus, qui promiserant, obsequutus sim: quorū voluntatem irritam reddere, nec piū, nec tutum esse arbitror. Quæcumque tamen ex beati fratris mei Cæsarii rebus in veste serica, vel linea, vel lanea, vel burichaliis reliqua sunt, ea pertinere ad liberos eius volo, & vt in nulla re nec heres meus, nec ecclesia, vel illi, vel sororibus eius molestiam exhibeat. Meletius adfinis meus sciat, se prædiū illud in Apinzeso, quod παύτα μήτειν βεβαίως ἀνενόχλητα. ἔτι βούλομαι κατασχεῖν τὸν κληρονόμον μου Γρηγόριον τὸν Διάκονον, ἅμα τῷ μονάζοντι Εὐσταθίῳ, τοὺς ἠμομμένους ἐκ τῆς οἰκίας μου, κτῆμα ὂν ἐν Ἀριανζοῖς, τὸ ἐκ τῶν Ῥηγίνου κατελθὸν εἰς ἡμᾶς. τὰ δὲ φοράδια, καὶ τὰ πρόβατα, ἃ ἤδη αὐτοῖς παρὼν ἐκέλευσα δοθῆναι, ὧν καὶ νῦν νομίζω αὐτοῖς, καὶ νῦν δεσποτείαν παρέδωκα, ταῦτα μήτειν αὐτοῖς ἀνενόχλητα βούλομαι δεσποτείας δικαίῳ. ἔτι δὲ ἐξαιρέτως Γρηγόριον τὸν Διάκονον καὶ κληρονόμον μου, γνησίως ὑπηρετήσαντά μοι, βούλομαι κατασχεῖν ἰδίῳ δεσποτείας δικαίῳ χρυσία τ' ἀριθμὸν ἑνενήκοντα. τῇ αἰδεσιμωτάτῃ παρθένῳ Ῥωσιανῇ, τῇ συγχρίδι μου, ῥητὰ ἐκέλευσα καθ' ἕκαστον ἔτος δίδοσθαι, πρὸς τὸ ἐλευθερίως αὐτὴν διάγειν, ἅπερ βούλομαι καὶ κελεύω πάντα κατ' ἔτυπον, ὃν προσέταξα, αὐτοπροθέτως αὐτῇ δίδοσθαι, καθ' ἕκαστον ἔτος, ὡς διοικήσεως αὐτῆς. ὅτε μὲν ἔδει διεξάγειν, μὴ ἀποδώς, ὡς μᾶλλον αἱρετὸν ἔσται αὐτῇ διάγειν. νῦν δὲ βούλομαι, ὥστε ἐν οἴῳ ἂν ἐπιλέξῃ χωρίῳ, κατασκευασθῆναι αὐτῇ οἰκίαν ἐλευθέραν, πέντε πήχεων εὐρύχωρον διαγωγὴν παρθένων· ὥστε οἰκίαν ἐξ ἧς ἀναθὴ ἀνενοχλήτως εἰς χρῆσιν καὶ καρπίαν μέχρι τέλους ζωῆς. μὴ δὲ πῶποτε ἀποκαλεσήσῃ τὴν ἐκκλησίαν. ὡσαύτως βούλομαι καὶ δύο κόρας, ἃς αὐ αὐτὴ ἐπιλέξηται, οὕτω μὴν τοι, ὥστε αὐτὴν παραμεῖναι τὰς κόρας μέχρι τῆς ζωῆς αὐτῆς χρόνου. εἰ δὲ ὧν * αὐτὴ ἀχαρισήσειεν, ἐξεῖναι αὐτῇ ἐλευθερίαν αὐτὰς δωρήσασθαι. εἰ δὲ μὴ, καὶ αὐτὰς διενεγκεῖν τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν. Θεόφιλον τὸ παιδάριον παραμένοντά μοι, ἤδη ἠλευθέρωσα. βούλομαι δὲ αὐτῷ καὶ νῦν δοθῆναι λεγάτα χάριν, ΝΝε. Εὐπραξίου δὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βούλομαι ἐλεύθερον εἶναι, καὶ δοθῆναι αὐτῷ λεγάτου λόγῳ, χρυσᾶ ΝΝε. ἔτι βούλομαι Θεοδόσιον τὸν νοτάριόν μου, ἐλεύθερον εἶναι. δοθῆναι δὲ αὐτῷ ἐξ λεγάτου λόγῳ χρυσᾶ ΝΝε. τῇ γλυκυτάτῃ μου θυγατρὶ Ἀλυπιανῇ, (τῶν γὰρ ἄλλων, Εὐφημίας τε καὶ Νόννης, ὀλίγος λόγος· ὧν καὶ ὁ βίος ἐπιλήψιμός ἐστι) βούλομαι συγγνώμην ἔχειν μοι, εἰ μηδὲν αὐτῇ καταλιπεῖν κύριος ἐφάνην, παύτα προεπαγγελλάμενος τοῖς πτωχοῖς, μᾶλλον δὲ τοῖς μακαριωτάτοις γονεῦσιν ὑποχρεωθείς, ὧν ἀθετήσαι τὴν γνώμην ἀσεβὲς ἔτ' ἀσφαλὲς ἡγοῦμαι. ὅσα μήτοι ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου μου ἀδελφοῦ Καισαρείου πραγμάτων ἐν ἐσθῆτι σηρικῇ, ἢ λινῇ, ἢ ἐρέᾳ, ἢ βυσσαλίοις ἐπιλέλειπται, παύτα Διοφάντῳ τοῖς τέκνοις αὐτῆς βούλομαι, καὶ ἐν μηδενὶ μήτ' ἐκείνῳ μήτε τὰς ἀδελφὰς αὐτῆς ἐνοχλεῖν μήτε τὸν κληρονόμον μου, μήτε τὴν ἐκκλησίαν. Μελέτιος ὁ γαμβρός μου, τὸ κτῆμα τὸ ἐν Ἀπινζησῷ, τὸ ἐκ τῶν

* αὐτὰς ὁ αὐτῆς.

τῶν Εὐφημίας, ἴσως καλῶς κατέχων· καὶ ὑπὲρ τούτου καὶ πρότερον ἐπέστελλα πολλάκις τῷ Εὐφημίῳ, ἀνανδρίαν αὐτοῦ καταγινώσκων, εἰ μὴ τὸ ἑαυτοῦ ἀπαρύσαιτο. καὶ νῦν μαρτύρομαι πάντας καὶ ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους, ὅτι ἀδικεῖται ὁ Εὐφημίου. χρὴ γὰρ τῷ Εὐφημίῳ ἀποκαθίστασθαι τὸ κτῆμα. τῶν δὲ νῦν ἔτι χωρίου Κανηταλῶν τῷ αἰδεσιμωτάτῳ μοι, τῷ ὁπισκόπῳ Ἀμφιλοχίῳ ἀποκαθίστασθαι βούλομαι. ἔτι γὰρ ἐν τοῖς χαρτίοις ἡμῶν, καὶ παύτης ἴσασιν, ὅτι τὸ σωμάλαγμα ἐλύθη καὶ τιμὴν ἀπελάβομεν, καὶ τὸν νομίσιμον δεσποτείαν ἐκτήματος πάλαι παρέδωκα.

Εὐαγρίῳ τῷ Διακόνῳ πολλά μοι συγκαμόντι καὶ σωφρονήσαντι, Διὰ πλειόναν τε εὔνοιαν ὧν ἔσχε πρός με, χάριν ὁμολογῶ καὶ ὑπὸ θεοῦ καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων· καὶ τοῖς μέλλουσι μὲν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἀμείψασθαι, ἵνα δὲ μηδὲ τὰ μικρὰ τῆς φιλίας σύμβολα παρ' ἡμῶν ἐλλείπῃ, βούλομαι αὐτῷ δοθῆναι καμάσιον ἕν, σιχάρια β, παλλία β, χρυσοῦ ΝΝλ. ὁμοίως καὶ τῷ γλυκυτάτῳ σωΔιακόνῳ τῷ ἡμῶν ἀδελφῷ δοθῆναι βούλομαι καμάσιον ἕν, σιχάρια β, τῶν ἐν τῇ πατρίδι χρυσοῦ ΝΝκ, ἔκ τε τοῦ τῆ πατρίδι λόγου. Ἐλαφίῳ τῷ νοταρίῳ αὐτοῦ πατρὸς ὄντι, καὶ καλῶς ἡμᾶς ἀναπαύσαντι, ὃν ὑπηρετήσατο χρόνον, βούλομαι δοθῆναι * σιγίλλιον καμάσιον ἕν, σιχάρια β, παλλία γ, * σιγίλλιον ἕνα ἐν τῇ αὐτοῦ πατρίδι, χρυσοῦ ΝΝκ.

* σιγίλλιον

Ταύτην μου τὴν Διαθήκην κυρίαν καὶ βεβαίαν εἶναι βούλομαι ὅπου ἂν τοῦ δικαστηρίου, καὶ πάσης ἐξουσίας. εἰ δὲ καὶ ὡς Διαθήκη μὴ ἰσχύσειεν, ὡς Βούλησιν. εἴτ' οὖν κωδίκελλον, αὐτὴν ἰσχύειν βούλομαι. ὁ δ' ὑπεναντία αὐτὴν αἱρήσεσθαι, δώσει λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, καὶ ἕξει τὸν λόγον πρὸς τέκνα καὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος.

Γρηγόριος ὁπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀναγνοὺς τὴν Διαθήκην, καὶ ἀρεσθεὶς πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ, καὶ ἰσχύειν αὐτὴν κελεύω καὶ βούλομαι.

Ἀμφιλόχιος ὁπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἰκονίῳ, παρὼν τῇ Διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ὁπισκόπου Γρηγορίου, καὶ προσκληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Ὀπτίμος ὁπίσκοπος τῆς Ἀντιοχειανῆς καθολικῆς ἐκκλησίας παρὼν Διαθήκῃ τῷ αἰδεσιμωτάτῳ Γρηγορίῳ καὶ τὰ προγεγραμμένα, καὶ προσκληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Θεοδόσιος ὁπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς Ὑδῆ, παρὼν τῇ Διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου

est e bonis Euphemii, mala fide possidere: quo nomine prius etiā scripsi sapius Euphemio, damnans eum minus virilis animi si rem suam liberando non recuperasset. Ac nunc quoque testor omnes tam magistratus, quam subditos, iniuriam Euphemio fieri. Nam prædium illud Euphemio restitui oportet. Emtionem prædii Canetalorum reuerendissimo sitio, Amphilochio episcopo, restitui volo. Est enim hoc in scriniis nostris, & omnes norunt, cōtractum esse rescissum, & me pretium recepisse, ac possessionem dominiumq; prædii iamdudum tradidisse.

Euagrio diacono, qui magnorum mihi laborū curarumque socius fuit, studiumq; suum pluribus in rebus probauit, tum corā Deo, tum coram hominibus gratiam habere me profiteor: ac maiora quidem ei Deus rependat, ne vero exigua desint a nobis amicitiæ symbola, volo ei dari camasum vnum, tunicam vnam, pallia duo, nummos aureos XXX. Similiter & dulcissimo comministro, * fratri nostro, dari volo camasum vnum, tunicas duas ex iis, quæ sunt in patria, nummos aureos XX, ex rationibus eorum, quæ in patria sunt. Elaphio notario, bonis prædito moribus, & qui bene nos recreauit eo tempore, quo nobis operā nauauit, dari volo camasum vnum, tunicas duas, pallia tria, sigillum vnum ex iis, quæ in patria sunt, nummos aureos XX.

* Gregorio episcopo Nysseno.

Hoc testamentum meum ratum ac firmum esse volo apud quodvis tribunal, & apud quēvis magistratum. Quod si tamquam testamētum non valuerit, volo tamen id valere tamquam voluntatem meam, siue codicillum. Qui vero conabitur hoc irritum facere ac rescindere, facti sui rationem in die iudicii, reddet, idque ipsi faciundum erit ad nomen patris, & filii, & spiritus sancti.

Gregorius episcopus ecclesiæ catholicæ Constantinopolitanæ, hoc testamento lecto, & adprobatis omnibus in eo perscriptis, manu mea subscripsi, ac valere testamentum hoc iubeo atque volo.

Amphilochius episcopus ecclesiæ catholicæ Iconiensis, præsens huic testationi, reuerendissimi episcopi Gregorii, & ab eo rogatus, manu mea subscripsi.

Optimus, episcopus ecclesiæ catholicæ, quæ est Antiochiæ, præsens condenti testamentum reuerendissimo Gregorio secundum scripta superius, & ab eo rogatus, manu mea subscripsi.

Theodosius episcopus ecclesiæ catholicæ Hydenæ, præsens huic testationi reuerendissimi epi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scopi Gregorii, & ab eo rogatus, manu mea subscripsi.

Theodulus episcopus sanctæ catholicæ Apamiensis ecclesiæ, præsens, cum ceteris.

Themistius episcopus ecclesiæ catholicæ Hadrianopolitanæ, præsens, & cetera.

